APPENDIX
AD HVNC TRACTATVM LICENTIATI D. D. DE ROXAS, DE INCOMPATIBILITATE Regnorum & Maioratuum;

AD QVEM SEQVENTIA
DVO CAPITA REFERVNTVR:

QVORVM PRIVS AD PARTEM SEPTIMAM ſpectat, de Incompatibilitate in Iure Canonico;

POSTERIVS VERO AD PARTEM OCTAVAM
de Incompatibilitate in Iure Regio Hiſpano.

Proſtat Barcinone, apud ANTONIVM LACAVALLERIA.

M. DC. LXIX.



APPENDIX
AD PARTEM SEPTIMAM
DE INCOMPATIBILITATE
in Iure Canonico.



SVMMARIVM

Prioris Capitis ex Parte ſeptima de Incompatibilitate in Iure Canonico.

1 *Hiſpaniarum Reges ius ex interdicto retinendi & iuſto bello recuperandi Prouinciam Luſitaniam demonſtratur & probatur* ex cap. intellect 33. de iureiurand. *vbi etiam materiam incompatibilitatis, & ad maiorem claritatem, & euidentem demonſtrationem diuiditur in tres partes, ex quibus formatur ſyllogiſmus concludens per neceſſe cum deprecatione ad Sanctiſſimum : & n. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Textus* in cap. intellecto de iureiurando *refertur ad litteram, atque etiam gloſſ.* impoſitione caſus, *& ex eo, & gloſſ. apparet quod Summus Pontifex Honorius in ſubſtantia decidit, quod iuramentum Regis Hungariæ præſtitum in ſua coronatione de non alienandis bonis Regiæ Coronæ, & iuramentum præſtitum in aliquibus alienationibus in præiudicium Regni ſunt incompatibilia, ideò reuocari debent tales alienationes, & ſtandum primo iuramento in Coronatione facto : & n. 7.*

9 Textus in l. 2. del Prologo del fuero Iulgo, & in l. 18. tit. 11. p. 5. *prohibentes alienationes bonorum Regiæ Coronæ, vbi etiam refertur iuramentum, quod Reges facere debent in ſua Coronatione conſonant, cum* cap. intellecto de iureiurando, *n. 8.*

Et referuntur multa neruoſa rationes decidendi à num. 9.

Regni iura & bona coronæ non ſunt propria Regis; ſed ipſius Regni, ibid.

10 *Regnum, ſeu Corona ipſa eſt quæ poſſidet iura, & bona Regni; & Rex tantum dignitatem, quæ nunquam moritur.*

11 *Rex in ſuo Regno, vt adminiſtrator eſt Regni & bonorum eius.*

12 *Rex eſt tanquam maritus Reipublicæ cuius dos eſt Regnum, ſeu Coronæ patrimonium; ideo ſicut eſt inalienabilis, ita Regnum.*

13 *Maritus non valet alienare bona dotalia etiam cum iuramento; ita nec Rex.*

14 *Rex quoad Regnum eſt tanquam Prælatus quoad Eccleſiam.*

15 *Rex ſe habet in Regno tanquam Tutor cum pupillo, ſeu Curator cum adulto.*

16 *Regiæ Coronæ bona dicuntur bona fiſcalia à fiſco, qui eſt ſaccus imperij.*

17 *Rex licet in vita ſua ſit Dominus, Dominium hoc habet, ſicut illud, quod habet maritus.*

18 *Regno & vtilitati publicæ, & etiam Regi & eorum Vaſſallis, atque Regnicolis expedit, ne iura Regni diminuantur, alienenturve, ſed illa illibata conſeruare.*

19 *Alienationes regalium iurium vulgò* Iuros, tercias Salcaualas, *& aliorum ſimilium redditiuum & populorum reuocari, & ad Regiam Coronam reduci debent : aliter erit in graue præiudicium Regis, & Regni, & Reipublicæ.*

20 *Rex poteſt facere alienationes ſi ſint modicæ, quarum, qualibet ſuſtineri poſſit : ſi tamen omnes in magnum Regni præiudicium vertant, cum ex pluritate alienationum ſequatur grauis leſio, annullari, ac reuocari debent per principem, non ſolum primæ, ſed vltimæ alienationes.*

21 *Rex in ſua coronatione iurare debet non alienare iura & bona Regiæ Coronæ.*

Quod probatur de iure diuino, n. 22. & 23.

Et de iure Regio Gothico, n. 24.

25 *Iuramentum in Coronatione Regis de non alienandis bona coronæ tanquam de re licita, & iuramentum in alienatione tanquam de re illicita, ſunt incompatibilia,*

Et datur ratio & fulcitur legibus Regni, num. 26. 27. 28. 29. & 31

Vbi deducitur ex textu In cap. intellecto.

32 *Iuramentum quando eſt licitum & aliud illicitum, debet attendi licitum : vſque ad n. 36.*

37 *Prohibitio de rebus & iuribus Regni non alienandis non ſolùm eſt de iure ſpeciali, ſed de iure communi.*

38 *Iuramentum in alienatione bonorum Regiæ Coronæ eſt contra vtilitatem publicam.*

39 *Iuramentum in Coronatione de non alienandis bona Regiæ Coronæ adquirit ius irreuocabile Regno & Reipublicæ.*

40 *Iuramento priùs facto debet attendi & non ſecundò.*

A 2 Et

Et respondetur ad regulam quod posteriora derogant prioribus, n.41.

42 Iuramentum in alienatione bonorum Regiæ Coronæ, & de non reuocanda siue sit prius, siue posterius non est seruandum; imò Rex debet reuocare, & num.43.

Et comprobatur, num.44.

45 Rex siue iurauerit, siue non in sua Coronatione de non alienando, non potest alienare bona Regiæ Coronæ, sed illibata conseruare, & vsque ad num.52.

Et comprobatur ex leg. Regia partitæ quæ refertur ad literam, num.53.

Limitatur si alienatio sit de modica re, & explicatur & refertur ad literam locus insignis Dom. Nicolai de Castro, à n.54. vsque ad 58.

Et quid quando sunt plures, attamen modicæ donationes? n.54. & 55.

60 Rex, quod non possit alienare bona Coronæ tenent quamplurimi Doctores tam Regnicolæ quam exteri, qui referuntur ad longum.

61 Rex ipse, qui in præiudicium Regni alienauit, debet in conscientia, & eius successores alienata reuocare ad instar bonorum Ecclesiæ, quæ alienantur à Prælato, & n.62. & 65.

63 Successor, qui alienauit res maioratus prohibitas alienari, non valet alienata à se ipso reuocare, seu reiuindicare contraueniendo facto suo, nec eius successor, si sit alienantis hæres, & sic differret, & est speciale, quod alienetur à Rege in præiudicium Regiæ Coronæ, & n.64.

66 Lusitana Prouintia & ea quæ vocatur del Algarue non potuit alienari: Maxime sine reseruatione supremæ potestatis: & n.67.

68 Lusitana Prouincia, & quæ vocatur de los Algarues pertinet ad Regnum Hispaniæ ex tempore Gothorum Regis Leouigildi Patris Regis diui Hermenegildi.

69 Lusitana Prouincia, & de los Algarues, quamuis capta fuit à Mauris tempore vltimi Regis Gothorum Roderici, postea debellata, atque restaurata fuit ad Hispaniæ Regis coronam, per Reges Legionis, Nauarræ, & Castellæ ex tempore Ildephonsi III. nuncupati el Magno & Ildephonsi V. qui super obsidione Ciuitatis Visco, à quodam Mauro infeliciter, sagitta quadam fuit interfectus, & postea per Regem Ferdinandum Nuncupatum el Magno, primus qui fuit inter Reges Castellæ.

70 Rex Ildephonsus VI. Prouinciam Lusitanam in dotem dedit filiæ suæ naturali, & alienauit sub titulo Comitatus, & sub homagio cum onere & obligatione veniendi successores tanquam Vassallos ad congregationes in curiis cum mandato Regum faciendis; & cum onere & obligatione veniendi ad debellandos infideles cum 300. Equitibus in bellis adiuuare, quando eius filia illegitima Domina Theresia habita in Domina Ismena Mnon de Guzman, copulata fuit in matrimonio cum Domino Henrico Comite de Lotharingia anno 1094.

71 Rex Ildephonsus X. etiam alienauit el Algaruo donando per viam dotis, quando filia sua illegitima D. Beatrix contraxit matrimonium cum Domino Ildephonso Rege Lusitano.

72 Rex Ildephonsus ad petitionem sui nepotis Dom. Dionis contra voluntatem, & sine libero consensu Procerum, & Magnatum & aliorum ex Regnicolis, imo iis reclamantibus remisit feudum atque homagium, & reliquit liberam alienatam Prouinciam Lusitanam, & refertur ad longum eius Historia, n.72.

Et idem quoad los Algarbes, ibid.

74 Regia Corona tunc dicitur læsa, si alienetur duodecima pars, & n.75.

76 Lusitania Prouincia tertiam partem continet de hoc nostro Regno Hispaniarum; & tempore quo fuit alienata, vnam de duabus partem continebat, quia adhuc à Mauris maxima pars Hispaniarum erat occupata.

77 Lusitaniæ prouinciæ alienatio fuit in graue præiudicium Hispaniarum, quia continet 19. Ciuitates, 630. Villas & populos, Castella & Castra, & comprehendit à Pyreneis Montibus vsque ad Oceanum, & n.78.

Et ad læsionem sufficiebat alienatio vnius ciuitatis seu magni populi, n.79. 80. & 81.

82 Prouinciæ Lusitaniæ alienatio fuit etiam nulla: quia in exterum, & omnino libera & absoluta absque reseruatione supremæ potestatis.

Et redditur ratio concludens n.83.

84 Lusitaniæ Prouinciæ alienatio nulla prorsus fuit maximè ob remissionem feudi & homagij atque supremæ potestatis, n.84.

Ideò Reges Hispaniæ non solum possunt, sed de necessitate debent eam recuperare, & ad Regiam Hispaniæ Coronam reducere, n.85.

86 Lusitaniæ Prouinciæ alienatio nec ex eo valuit quod fuisset in fauorem Consanguineorum & descendentium, nec causa dotis, & n.87.88.

89 Regni bona cum indiuisibilia sint in dotem dari non possunt, maximè in partem considerabilem & quid inde sequatur: & refertur ad literam & in terminis alienationis prouinciæ Lusitaniæ per viam dotis, insignis autoritas Mieres de maioratib. & n.90.91.92. & 93.

94 Præscriptio in alienatione bonorum Regiæ Coronæ non procedit: & n.106. & vsque ad 112.

95 Summi Pontifices Alex. II. & Eugenius III. non potuerunt constituere Regem in prouincia Lusitaniæ & de los Algarues sub certo feudo, in confirmationem acclamationis militum Lusitanorum: & vsque ad 105.

113 Rex noster gloriosus Philippus II. iustissimè & iuxta cap. intellecto. recuperauit prouinciam Lusitaniam & de los Algarues, & reduxit ad Coronam Hispaniarum regni n.113.

Et hodiè Bellum est iustissimum aduersus Lusitanos, 114.

115 Duces Bragantiæ, & Lusitani, qui ter Coronatione Regum Hispaniæ vsquè ad Regem Dom. nostrum Philippum IV. præstiterunt homagium & iuramentum fidelitatis in periurium atque infidelitatem inciderunt, & n.117.

116 Deprecatio ad Sanctissimum iuribus, & rationibus comprobata, & illustrata, vsque ad finnum. 124.

ARGVMENTVM.

De incompatibilitate, quæ concipitur in decisione canonica per textum, in *cap. intellecto.33. de iure iurand.* Vbi iuramentum, quod præstat Rex in Coronatione sua de non alienandis rebus, seu Regni iuribus, est incompatibile cum iuramento de non reuocandis alienationibus ab ipso fa-

ctis

ctis & taliter repugnans: Sicut alias fine Iuramento, quod est licitum & illicitum & quod est prohibitum & permissum.

Vnde agitur ex professo de nullitate alienationis quam de Lusitania (vna ex tribus nostræ Hispaniæ partibus) fecit in titulum Comitatus, & sub certo feudo Rex D. Ildephonsus VI. in fauorem filiæ suæ illegitimæ D. Theresiæ, & eius generis D. Henrici Comitis Lotharingiæ, atque de inualiditate remissionis, quam de Homagio *Vassallage*, atque de prædicto feudo concessit Rex Ildephonsus X I. in gratiam sui nepotis D. Dyonis, natus qui fuit ex filia illegitima D. Beatrice.

Consequenter denique agendum erit de titulo atque notorio & bono Iure, quod Corona huius Regni Hispaniarum, habet ad dictam prouinciam Lusitaniam, atque *del Algarbe*, & de iusta eius possessione recuperata à prudentissimo ac glorioso Domino D. nostro Philipp. II. & de iusto bello aduersus Lusitanos pro ea iterum recuperanda, cum deprecatione ad Sanctissimum; vt in adiutorium nos intendat.

1  V M in re adeò ardua, atque nimis graui, non minùs, imo magis attentè, quàm in aliis procedere desideremus, ad clariorem intelligentiam, totum hoc caput reducendum erit ad vnicum, & concludentem syllogismum, eum maiori, minori, & consequentia, diuisum in tres partes principales.

2 In prima formabitur maior huius syllogismi ex textu *in cap. intellecto 33. de iure iurand.* & eius conclusionibus, illationibus atque rationibus decidendi, ad nostrum institutum pertinentibus; Dum per eas ostendetur; quòd Reges cum in Coronatione sua iurent, non alienare in præiudicium Regni eius bona atque iura, imò ea ad honorem Coronæ illibata conseruare; & quamuis hoc non iurent, cum ad id de iure adstricti sint, non debent cum læsione in præiudicium Regni sui, & non reseruata sibi suprema Regia potestate, Castra; Ciuitates, vel aliquam Regni partem seu prouinciam donare, seu quouis modo alienare: Imò ipse, qui alienauit, vel eius successores, tenentur alienata reuocare, non obstante alio iuramento de iisdem non reuocandis, & ad Coronam ea bona, seu iura reducere, quia incompatibile est prius, atque posterius iuramentum, sicut licitum, & illicitum.

3 In secunda parte succedit syllogismi minor, dum demonstrabitur, quòd Reges nostri Hispaniarum Ildephons. VI. & X. contra ius & iuramentum ab eis præstitum & cum graui Regni præiudicio, & absque reseruatione supremæ Regiæ potestatis, alienauerunt Prouinciam Lusitaniam, & eam, quæ vocatur *del Algarue*, quæ pertinet ex antiquo iusto atque notorio titulo ad Regnum & nostræ Hispaniæ Coronam & eius honorem.

In tertia parte ad sequelam ex præmissis seu rectam consequentiam descendemus, dum ex dictis deducetur: Ergò recto atque firmissimo iure à glorioso Dom. nostro Philippo II. Regum alienantium successore, instè dicta alienatio reuocata fuit per restaurationem dictæ Lusitaniæ Prouinciæ atque *del Algarue*, & iustissimè ab eo recuperata.

4 Ideò de iusto bello aduersus Rebelles, pro retinenda & iterum recuperanda possessione, nemo sanè dubitare debet absque vlla oppositione refragante à Regio titulo Coronationis confirmatorio, concesso ab Eugenio alias Alex. III. in fauorem Ildephonsi Henriquez Comitis de Portugal, die 23. Maij anno Domini 1169. nec de præscriptione vlla.

5 Vnde ex authoritate Vicarij Christi Honorij III. *in dicto cap intellecto*, audemus non suadere, sed humiliter exorare ad Sanctissimum Papam nostrum; quod aduersus Rebelles foueat iustitiam Regiæ, atque Regis nostri Hispaniarum, Coronæ; pro retinenda ciuili, atque recuperanda dictæ Lusitaniæ Prouinciæ actuali possessione.

PARS PRIMA.

6 Romanus Pontifex Honorius III. sic se habet in decretalibus *lib. 2. tit. 24. cap. intellecto 33. de iure-iur. Intellecto iamdudum, quod charissimus in Christo filius noster Hungariæ Rex illustris, alienationes quasdam fecit in præiudicium Regni sui; & contra Regis honorem, nos eidem Regi dirigimus scripta nostra: vt alienationes prædictas, non obstante iuramento, si quod fecit de non reuocandis iisdem, studeat reuocare, quia cum teneatur, & in sua Coronatione iurauerit, iura Regni sui, & honorem Coronæ illibata seruare, illicitum profecto fuit, si præstitit de non reuocandis alienationibus huiusmodi iuramentum & propterea penitus non seruandum.*

7 Glossa autem ita describit casum: Rex Hungariæ fecit quasdam alienationes in præiudicium Regni sui, interposito iuramento de ipsis non reuocandis, hoc significatum fuit Honorio III. Vnde scribit Archiepiscopo Colossensi & eius suffraganeis, & eidem Regi super hoc; vt alienationes supra dictas studeat reuocare, non obstante iuramento illo, quia cum in Coronatione sua iurauit, iura Regni sui, & honorem illibata seruare, inde illicitum fuit iuramentum, si quod præstitit, de non reuocandis huiusmodi alienationibus, & ideò non seruandum, & priori iuramento licitè præstito obediendum.

8 Consonat cum hac decretali de iure nostro Regio *l. 2. in prologo*, del fuero Iuzgo, & *l. 18. tit. 11. p. 3.* dum incipit, *Acrescer deben los Reyes el derecho en el Señorio de sus Reynos, e non menguar y por esta raçon si el Rey Iurare alguna cosa que sea el daño o menoscabo del Reyno, no es tenudo de guardar tal Iura como esta*, l. 4. vers. *Pero esto debe ser fecho de manera que no mengue el Señorio assi como vendiendo denajenando los bienes del, que son como rayçes del Reyno*, l. 5. vers. *E porende pusieron que quando el Rey fuese finado, y el otro nuebo entrasse en su lugar, que luego jurase si fuere de edad de 14. años e dende arriba, que nunca en su vida repartiese el Señorio ni lo enajelase*, l. 1. & 3. incipit: *No conbiene a los Reyes vsar de tanta franqueça, y largueça que sea conuertida en bicio de destrucycion, porque la franqueça debe ser vsada con ordenada intencion, no amenguando la Corona Real, ni la Real dignidad, porque los sucessores del Reyno reciuen por esto grande agrauio*, tit. 10. lib. 5. Recopilat.

Rationes autem decidendi ad hunc textum multas possem cumulare, sed non nisi aliquas ex selectis referamus.

9 Sit prima ex ipsomet textu, dum dicit: *Iura Regni sui & honorem Coronæ*, quasi magis videantur iura Regni, quam sua propria Regis. Abbas in ipso *cap. intellecto, n. 1.* ibi: *Nota primo, Regem non posse alienationem facere, de bonis & iuribus Regni, bona enim sunt dignitatis, & non propria ipsius Regis, licet ipse habeat iurisdictionem & administrationem ipsius. Hinc est, quod Regnum, vel comitatus, seu alia dignitas, non diuiditur post mortem Regis inter filios defuncti.* Vt legitur & notatur *in cap. licet, de voto: & in num. 4.* ibi: *Quia vt suprà dixi, bona Regni non sunt propria ipsius Regis, sed dignitatis Regalis.*

10 Secunda est ratio, nam Regnum, siue Corona ipsa est, quæ possidet iura, & bona Regni, & Rex eius nomine ipsam dignitatem, quæ nunquam moritur, & tanquam persona intellectualis in se repræsentatur, & Rex in ea; ideò Rex non potest res Regni, quas Corona possidet in eius graue præiudicium alienare: Lucas de Pena *in l. quicunque, C. de omni agro desert. lib. 11.* Andræas de Isernia *in cap. Imperialem, de prohibit. feudi alienat. num. 52.* Matthæus de Afflict. *in const. Neapolitana, lib. 2. Rubrica 3. n. 62.* Gregor. Cabedo *in tract. de Patronat. Regiæ Coronæ, c. 9 n. 1. & 3.*

11 Tertia: ex eo quòd Rex in suo Regno vti administrator est Regni, & bonorum illius; Probat Lucas de Penna, *in dict. l. quicumque*, Isernia *in cap. 1.* in vltima editione, *num. 14. de capite*, Corrad. Afflict. & alij relati, per Mieres *in 4. part. quæst. 1. num. 229.* Cabedo *de Patronat. Coron. cap. 9. num. 1.* Ideò sicut administrator, ita Rex alienare non debet, *l. prohibere, §. planè, ff. quod vi aut clam.* vbi Bart. *num. 4.* Brunus *in tract. de diminut. conclus. 6. num. 20.* Cabedo, *vbi proximè num. 2.* Pater Molina, *de iustitia & iure, tract. 2. disp. 25. fol. 186.*

12 Quarta: Quia Rex est tanquam maritus Reipublicæ, cuius dos est Regnum, seu Coronæ patrimoniũ, ideò sicut dos est inalienabilis ex *l. Iulia*, ita Regnum: quod probat atque illustrat pulchrè Lucas de Penna, *in d. §. quicumque vers. Et nota, C. de omni agro deserto, lib. 11.* quod indignum erit, mutare eius verba, quæ talia sunt: *Item Princeps (si verum dicere vel agnoscere volumus, vt dicitur 23. quæst. 4. cap. Si Ecclesia; & est simile 24. quæst. 2. cap. schisma 50. dist. cap. absit. & ff. de cond. & demonstr. l. cum ita ad finem) est maritus Reipublicæ iuxta illud Lucani, in 2. vbi patet,* Vrbique maritus: *nam sicut inter virum & vxorem matrimonium carnale contrahitur & Oeconomicum, sic inter Principem, & Rempublicam, matrimonium Morale contrahitur & politicum, item sicut inter Ecclesiam & Prælatum, matrimonium spirituale contrahitur, & diuinum, vt 7. quæst. 1. cap. sicut & extra de immunit. Ecclesiæ cap. quoniam, lib. 6. ita inter Principem, & Rempublicam matrimonium temporale contrahitur & terrenum.* Et inferiùs, *amplius sicut Christus alienigenam, id est gentilem Ecclesiam sibi copulauit vxorem 25. quæst. 1. §. hac itaque: sic & Princeps Rempublicam, quæ quantum ad dominium sua non est, cum ad Principatum assumitur, sponsam sibi coniungit: & tunc datur ei syndaris, id est Mitra munda, quæ pro diademate sumitur, ab omni vitio & ignorantia munda, induiturque vestibus candidis, idest humilitate, vt colligitur ex Zachar. cap. 3. Prouerb. cap. 19. &c.*

13 *Vnde infert, quod quemadmodum maritus quamuis aliàs Dominus rerum dotalium censeatur, l. doce ancillam, C. de rei vindicat. instit. quibus alienare licet, vel non in princ. eas alienare non valet etiam cum iuramento, ita nec Rex. Ad huius consequentiæ probationem allegat textum in dicto cap. intellecto de iure iurand.*

Quinta: Nam Rex quoad Regnum est tanquam Prælatus quoad Ecclesiam, & Summus Pontifex, nec maiorem potestatem, inquit, Lucas de Penna in dict. §. quicumque de omni agro deserto, lib. 11. Rex habere videtur in bonis domanialibus, seu fiscalibus, quam Papa, qui habet plenitudinem in bonis Ecclesiæ Romanæ, cui etiam omnes Reges subiecti esse noscuntur; sed Papa non potest alienare bona ipsius Ecclesiæ etiam quoad vsumfructum; Vt 12. quæst. 2. cap. Non licet: ergo nec Rex bona Domanij ad idem: ead. quæst. cap. nobis post principium. 14

Sexta: quippe eandem rationem habet Rex cum Regno, quam Tutor cum pupillo, Curator cum adulto, Prælatus cum Ecclesia. Brunus *vbi suprà, in tract. de diminut. conclus. 6. num. 20.* Renatus Copinus *de donat. Franc. lib. 2. tit. 1. num. 2.* Mieres *part. 4. quæst. 1. n. 230.* Domin. D. Ioan. à Castill. *tom. 7. de Tertiis, cap. 17. n. 9.* 15

Septima autem ratio mutuatur ab eodem Luc. de Pena *in dict. §. quicunque*, vbi quod *hæc bona & iura Regiæ Coronæ dicuntur bona fiscalia à fisco, qui est saccus Imperij in quem omnes fructus redditúsque & prouentus Reipublicæ ponebantur, tanquam à nobiliori sua parte, nam fiscus est pars Reipublicæ: vt patet ex iis, quæ scripsi infra de muneribus. §. in Prouinciis & obtinet in corpore Reipublicæ instar stomachi à quo membra, singula recipiunt nutrimentum, & in quem omnia congeruntur, vt ibi: quemadmodum ergo si stomachus exinaniretur ad præceptum capitis, id est, rationis, quæ est in capite, membra corporis deperirent, sic & seruius si bona Reipublicæ, quæ sunt in fisco, id est in sacco Principis alibi vel alij, quam ad necessitates publicas, quas fiscus habet implere traderentur, etiam ipse fiscus & Respublica quadam consequentia interirent.* 16

Licèt enim Rex in vita sua sit Dominus, & habeat dominium, hoc est tanquam maritus, ideò dominium inalienabile & impræscriptibile. Ita probant omnes *suprà* relati, & Villadiego *in prologo del fuero juzgo, l. 2. num. 49.* & ita interpretari & intelligi debet, *l. 1. tit. 18 part. 2.* dum dicit: *Que maguer son suyos por se norio pertenecen al Reyno de derecho, e estas son las villas, y los Castillos, e las otras fortaleças de su tierra, &c.* 17

Quidquid in contrarium velit absque hac distinctione Matienço *in l. 3. glossa 7. n. 2. & gloss. 14. num. 6. tit. 10. lib. 5. recopilat.* & alij: Quia lex partitarum ex iure communi interpretationem recipit, sicuti aliæ leges; nam à iure communi omnes sunt desumptæ; ideò iuxta illud intelligi debet potiùs quàm ipsum corrigat: Dom. Greg. Lopez per textum *ibid. glossa 3. in l. 9. tit. 3. part. 6.* & antea *in l. 10. tit. 5. part. 6. vers. non quiere ser heredero:* Burgos. de Paz *in l. 1. Taur. à num 572.* & cum aliis Dom. D. Ioannes à Castillo *lib. 5. cap. 89. num. 228. 229. & 231. in fine.*

Octaua est Ratio; nam expedit non solùm Regno & vtilitati publicæ, sed etiam Regi, & eius vassallis atque Regnicolis, iura Regni ac bona Coronæ non diminui, alienariue, sed ea illibata conseruari; imò augeri taliter, quòd Princeps sit opulentus, & oppidis atque castris, ciuitatibus, & Prouinciis abundet, ad bonam Reipublicæ defensionem, & ad hoc vt minus grauet Populum, 18

&

& onera illi minus imponat, prout ex Purpurato cons.18. num. Marc. Anton. Natta cons.506. n.12. Menochius cons.264. n.12. & aliis, Micres part.4. quæst.1. n.238. vbi dolet de alienationibus ac regalium Iurium, vulgo *Iuros, Terçias y alcabalas*, & aliorum similium redditnum, venditionibus factis per Principes ac Reges Dominos nostros.

19 Et ego etiam similiter redoleo: nam in ista magnum, & incredibile præiudicium Regni iam eas reuocare, & ad Coronam Regiam reducere, per successorem eorum Regem nostrum necesse erit: imò in conscientia ita efficere debet, ex eo quòd Regno iam fuit dictæ alienationes cum ferè totali læsione, & euidenter nociuæ, & quòd hoc casu, debeant à Principe reuocari ex text. in d. cap. intellecto, colligunt Doctores, maximè Corsetus in tract. de potestat. & excellent. Regis quæst.98. Quintilian. Mandos. cap.1. de probationib. num.10. Matienc. in l.3. glos.7. num.1. & glos.13. num.1 & 2. tit.10. lib.5. recopilat. & alij relati à D. Ioann. à Castillo lib.5. cap.89. num.196. versic. *Imò quod in conscientia ita efficere debeat Princeps, ex quo Regno incipit esse nociua*, &c.

20 Et elegantet Morotius responso 45. num.26. & cum aliis Additionatores ad D. Molinam lib 1. cap.3. super num.17. & 18. vers. & vlterius nota; vbi resoluit, quod etiam si modicæ sint alienationes, quarum, quælibet sustineri possit, si tamen omnes in magnum Regni præiudicium vertant, cum ex pluritate alienationum sequatur granis læsio, cassari ac reuocari debent per Principem, non solum primæ sed vltimæ alienationes: & ad literam referre atque transcribere oportet, ita sic: *Vlterius nota, quod si Princeps plures largitiones (& si modicas) fecerit, hæc à successore possunt reuocari dummodo in præiudicium Regni vertant*. *Lucas de Penna in l. quicumque num.12. C. de omni agro desert. lib.11. Paulus cons.1. à num.122. vol.1. & plurimis relatis idem tenet Morosius respons.45. n.26. quorum opinionem sectamur, quando ex pluralitate donationum magnum Regni præiudicium ac detrimentum apparet, sicuti quando ex vnica donatione Regni iura labefactantur, sic ex Negusantio inter consilia Aluert. Rumi cons.11. num.53. sic denique in specie resoluit Matienc. in dict. leg.3. glos.8. n.1. & glos.13. num.2. vers. secus cum aliis. Quorum modificatio sumitur ex vniuerso, vt Menochius lib.3. præsumpt.124. num.10. Paulus Parisius cons.75. num.13. & 24. Marta Laud. quem refert & sequitur Iason in prælud. feudor. num.77. Ludouicus Morotius dict. respons.45. num.26. ita neque prima donationes ab vltimis debent abstrahi, quia Regnum est quid indiuiduum, & vnitas causæ efficientis concernit omnes actus suos, l. cum quæritur, ff. de admin. Tutor. l. sed & cum aliquis, ff. de negotiis gestis, l. nomen. §. filio, iuncta glossa, ff. de leg.3. licet non ita in donatione inofficiosa respectu legitimæ filiorum, in quo casu loquitur Bart. l.1. num. fin. C. de inofficiosa donat. quia ibi vltima reuocatur. Hieronym. Gabriel cons.137. n.11. Volum. 2. Tiraquell. in l. si vnquam vers. omnia vel partem aliquam, C. de reuocandis donationib. n.34. Alex. Trent. Variarum lib.3. & de donat. solut.4. num.5. Volum.1. Gribello decis. Dolanens. 97. n.15. Fontanella tomo 2. de pactis nuptialib. clausul.5. glos.8. part.2. num.41.*

21 Ex quo textu, cum prædictis rationibus decidendi ita illustrato, aliquæ emanant speciosæ conclusiones, & notabilia sequentia.

22 Primum igitur notabile sit, quòd Rex in sua Coronatione iurate debet non alienare iura atque bona Regni, quod notant in dicto cap. intellecto ferè omnes Doctores maximè Abbas Panormit. num.3. vers. *Nota 3. quòd Rex coronatur, & tempore Coronationis iurat non alienare bona Regni, ex quo infertur; Rex non est merus Dominus iurium Regni, sed potius præpositus & administrator, simile in Episcopo cum conseruatur*, &c. Baldus num.3, vers. In textu ibi: *Coronatione, nota, quod omnes Reges mundi debent iurare iura Regni sui conseruare, & honorem Coronæ*. Antonius de Butrio num.3. vers. *nota 2. quod quilibet Rex in Coronatione præstat iuramentum de non alienandis iuribus, aut rebus Regni*, &c. Platea in l. prædia num.86. de locat. præd. ciuil. lib.11. Neuican. in tex. cons. Bruni cons.12. n.65.

Idque iuramentum, quod facere debet Rex in 23
sua Coronatione prouenit à iure diuino, prout colligitur ex Paralipom. cap.23. & Deuteronomio, cap.17. vbi sic: *Constituebant Regem imponendo ei diadema, & in manu eius librum legis, quas obseruare promittebat*. Lucas de Penna in Rubric. C. de aur. Coronario, lib.10.

Et de iure nostro Regio Gothico habemus l.2. 24
in prologo del fuero Iuzgo, postquam dixit: *Aquellas cosas no deben ser de sus fijos, ni las deben partir, mas fincar en, ô Reyno, e en las cosas que fueren dadas o que ganaren no deben atender solamente el su pronecho, mas el derecho de su pueblo, e de su tierra, mas las cosas que ellos ganaren, ne las deue auer ninguno de sus fijos*: ita dicit: *E todo ome ante que deue ser Rey, ante que reciua el Reyno deue facer Sacramento, que guardo esta Ley en todas cosas, e que la cumpla e poes que la prometiere ante los Obispos de Dios, en ninguna manera no asme enquebrantar el Iuramento*, l.5. tit.15. p.2. vers. *que luego iurase si fuesse de edad*, &c. l.3. tit.10. lib.5. recopilat. Azeuedo in dict. l.3. num.2. Villa Diego in d. l.2. in prologo del fuero Iuzgo, vers. *Debe facer Sacramento*: num.59. Menochius cons.1003. n.22. Dom. D. Ioan. à Castillo lib.5. cap.89. n.195.

Alterum atque maximum notabile, & conclu- 25
sio 2. ad nostram incompatibilitatis materiam maximè concernens, ea est, quòd iuramentum à Rege præstitum in sua Coronatione de non alienandis rebus, seu iuribus Regni tanquam de re licita, & iuramentum de non reuocandis rebus, seu iuribus Regni alienatis tanquam de re illicita, & prohibita alienari, sunt incompatibilia.

Ratio est, quia priùs iuramentum est licitum, 26
& Iuri consonum: nam Reges etiam absque iuramento tenentur non alienare, prout notatur à Canonistis maximè Ioan. Andrea in dict. cap. intellecto super verb. Tenetur, & nos satis infrà probabimus.

Imò debent res, & iura Regni illæsa conseruare, 27
atque Coronæ honorem, qui consistit in non minuendis rebus, iuribus, aut dignitatibus Regni. Baldus in dict. cap. intellecto num. penult. & Antonius de Butrio num.2. vers. *Nota quòd detrahitur honori existenti in dignitate, si bona dignitatis alienentur*: latè Casaneus in catalogo gloriæ mundi, part.5. considerat.19. & considerat.37. & ad hoc facit prouerb. cap.4. *in multitudine Populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis*: dict. l.3. tit.10. lib.5. recopilat. dum dicit: *No combiene a los Reyes vsar de tanta franqueça, que sea conuertida en vicio de destruycion, porque la franqueça debe ser vsada con ordenada intencion, no amenguando la Corona Real ni la Real dignidad*, &c.

Iuramentum verò à Rege factum de non reuo- 28
candis

candis rebus vel iuribus Regni alienatis, eſt illicitum, & à iure prohibitum, & de re illicita, & contra bonum publicum & commune, ideo non compatiuntur vtrumque iuramentum, quia ſunt contradictoria, ſicut licitum & illicitum. Gloſſa *verb. Regni ſui, in dict. cap. intellecto verſ. Sic ergo patet quòd iuramentum iſtius Regis in coronatione ſua licitum & honeſtum fuit. Ergo ſecundum iuramentum in contrarium præſtitum, fuit illicitum, infra eodem titulo de iureiurando cap. tua el primo: quia contra canonica ſtatuta fuit præſtitum, & ideo non ſeruandum: ſic ſupra de foro competenti cap. ſi diligenti, & ſupra eodem tit. cap. cam te, Quia ſi vnum contrariorum eſt bonum, reliquum eſt malum, 18. q.1. cap ſciendum & 32. diſtinct. cap. Hoſpitiorum.*

30 Comprobat ex noſtro textu, & eius genuina ratione. Dom. Cobb. *Rub. in cap. quamuis pactum de pactis in 6. p.2. §.2.* Meuchaca *de ſucceſſ. creat. lib.2. §.18. num.148.* Hippolytus Riminald. *inſtit. quibus alienare licet vel non, in princip. n.415.*

31 Itaque conclude pro ratione decidendi ad hunc textum in *dict. cap. intellecto*, ſi primum iuramentum eſt licitum, ſecundum illicitum; ergo primum debet attendi ex hoc argumento: Gloſſ. *fin. in cap. licet mulieres de iureiurando in 6.* ſoluit illam quæſtionem quam ſic excitat: *Quid dices ſi mulier iurauit non alienare dotem, vel donationem propter nuptias, nec alienationi conſentire niſi ex rationabili cauſa & authoriſante iudice, poſtea iudice non authoriſante conſenſit & iurauit non contrauenire; quid exit? dic ſecundum Hoſtienſ. qui hoc notat ſupra eodem cap. cum contingat quod primum ſeruabitur ad hoc ſupra eodem tit. cap. eam te & cap. intellecto & in authent. de non alienandis, §. ſanctiſſimas cellas.9. ſed contra ſupra eodem tit. cap. tua nos ſolutio: ibi primum iuramentum illicitum, & ideo ſecundum primo præiudicat, hic primum licitum & ideo derogat ſecundo.*

32 Ex doctrina huius Gloſſæ communiter receptæ conſtanter affirmant Doctores, quod ſecundum iuramentum illicitum contra primum licitum nec tenet, nec ligat: maximè Ioann. Andreas Hoſtienſ. Archidiaconus Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius verb. vxorem numer.* 180. Caſſaneus *in rubrica 4. §. 23. num.3.* Hippolytus Riminald. *inſtitut. in princip.* quibus alienare licet vel non, *num.415. & 426.* Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuilegio 75. num.8.* Barboſa *in cap peruenit de iureiurand. num.3.* qui allegat Couarruu. *in cap. quamuis pactum 2 p. §.2. num.4.* Gomez *in l.53. taur. num.58.* Gutierrez *de iuram. confirmat. part.1. cap.51.n.7.*

33 Vnde notat Baldus *in dicto cap. intellecto num 2. Quod ſi vnum contradictorium eſt bonum, reliquum eſt malum: ſecus in contrariis, quæ non ſunt contradictoria, vt nubere, & non nubere, & ſic cognoſcimus differentiam ſecundum Bernardum: Ecce bonum & malum ſunt contraria; tamen reperitur medium, ſcilicet, neque bonum, neque malum, vt diuitiæ: ſed inter verum & falſum non eſt medium quia ſunt contradictoria.*

34 Ergo cum ſint contradictoria, & ſic adeo repugnantia hæc duo iuramenta; vnum eorum Rex adimplere debet: ideo illud quod eſt licitum, & iuri conſonum de non alienandis, nec minuendis iuribus, bonis, atque honoribus Regni, nam obligat & adſtringit ſub pœna peccati; at verò aliud iuramentum illicitum de non reuocandis rebus, ſeu iuribus Regni alienatis, non eſt obligatorium pluribus ex rationibus.

Prima, ratione rei, ſeu materiæ, quia Regnum bona & iura Regni ſunt de ſui natura, inalienabilia apud priuatos, & quoſcumque alios, qui omnium Regalium ſunt incapaces. Peregrinus *de iure fiſci, lib.7. tit. 3. num.21.* & eo, atque aliis relatis Domin. D. Ioann. à Caſtillo *de tertiis, tomo 7. cap.16. num.10.* 35

Et ſicuti bona Eccleſiæ, quæ ſui natura ſunt inalienabilia; quia eorum priuati ſunt incapaces, & non obſtante iuramento à Prælato præſtito, de rebus Eccleſiæ alienandis, & de alienatione non reuocanda, non teneat, & reuocari debeat, cùm ſit illicitum, & à iure prohibitum: *cap.1. de rebus Eccleſiæ non alien. cap. quia ſæpè 40. de elect. in 6.* Dynus *in cap. non eſt obligatorium 58. de reg. iuris in 6.* Ita ex eodem iure & ratione non obſtante iuramento à Rege præſtito, in alienatione de rebus, ſeu iuribus Regni non reuocandis, non tenet, imò reuocari debet; aliter enim iuramentum eſſet vinculum iniquitatis *cap. quanto 24. quæſt.4. cap.1. §. quia verò de iureiurando in 6.* Gloſſa *verb. iuramenti in dict. cap.1. de rebus Eccleſiæ non alienand. in 6.* 36

Tùm quia prohibitio de rebus, ſeu iuribus Regni alienandis, non competit de iure ſpeciali, ſed de iure communi ob vtilitatem publicam Regiæ Coronæ, in quibus Rex conſideratur tanquam priuatus: Ideo eius iuramentum de alienandis iuribus Regni, vel eis non reuocandis nullatenus valere poteſt; imò contra id iuramentum venire debet, prout ex doctrina Bald. *in l.1. C. ſi aduerſus venditionem. & deciſ. Capella Toloſana, & ex regula, neque pignus §. priuatorum, & l. neque ex pratorie, ff. de reg. iur.* tenet Seraphinus de Seraphinis *in tract. de priuileg. iurament. priuileg.61.n.11.* 37

Tùm etiam quia vltimum iuramentum venit contra intereſſe & vtilitatem publicam, ſecùs eſſet ſi veniſſet contra priuatam vtilitatem: vnde intelligitur text. *in cap. cum contingat de iureiurand. & in cap. quamuis pactum de pactis in 6. & authent. Sacramẽta puberũ, C. ſi aduerſus venditionẽ:* vbi ſolum agitur de intereſſe priuato, ſeu præiudicio iurantis, non de intereſſe, vel vtilitate publica: ideo valet iuramentum & ſuperat naturam contractus cui adhæret; ſed aliter dicendum de iuramento contra fauorem publicum, ſeu publicam vtilitatem, maximè totius Regni: tunc enim ſequitur, naturam actus, cui adhæret, & cùm ſit actus nullus, ſequitur quod etiam iuramentum ſit nullum: docet Bart. *in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ.* & Abb. & ferè omnes Canoniſtæ in *dicto cap. cùm contingat:* quos & alios refert Seraphinus *dict. priuileg.61.n.15.* 38

Quibus etiam tertiam aliam rationem addimus, ſcilicet, quia hoc vltimum iuramentum à Rege in ſua coronatione præſtitum de non reuocandis rebus, ſeu iuribus Regni alienatis, eſt contra primum iuramentum, ex quo fuit ius quæſitum publicæ Regni vtilitati: ideò nullas vires habet contra primum: ex doctrina Baldi *in l. duobus §. fin. ff. de iureiurando.* Seraphin. *dicto priuileg.61.n.17. & priuileg.75. n.8.* 39

Tùm denique; nam iuramentum primum in coronatione Regia factum, & quodlibet aliud iuramentum quod ſit prius, habet vim derogandi poſteriori iuramento, & conſequenter continet in ſe virtutem clauſulæ derogatoriæ: docet magiſtraliter Bart. *in l. ſi quis, in principio teſtamenti, ff. de leg.3. & in l. omnes populi in 3. quæſt. principali verſ. An iuramentum, num.33. ff. de iuſtitia & iure* 40

Bald.

Bald. *conſ.* 361. *volum.* 1. *& conſ.* 161. *volum* 3. Alex. Iaſon. & maximè Salicet. *in l. ſancimus, C. de teſtament.* & alij relati à Seraphino, *priuileg.* 75. *num.* 6.

41 Nec huic aduerſatur regula illa vulgaris, quòd *poſteriora derogant prioribus*, ex textu, *in l. pacta noviſſima, C. de pactis, l. ſi mihi & tibi §. in legatis, ff. de leg.* 1. *§. poſteriore inſt. quib. mod. teſtam. infirment.* cum aliis à Seraphino relatis in *dict. priuileg.* 75. *num.* 1. Quia non procedit inter iuramenta priora & poſteriora inter ſe contraria, ſiue incompatibilia; nam tunc primum iuramentum derogat ſecundo, vel poſteriori ex virtute, ac potentia iuramenti. Putat latè Seraphinus *dict. priuileg.* 75. *à n.* 1. vſque ad 7.

42 Sed aduertendum eſt, quod in caſu huius textus *in dict. cap. intellecto de iureiurand.* Siue iuramentum de alienando, & non reuocanda alienatione de rebus ſeu iuribus Regiæ Coronæ, ſit prius, ſiue poſterius, non eſt obſeruandum, imò Rex contrauenire debet ex prima & ſecunda ratione *ſuprà* allatis, & ex iis, quæ ad intelligentiam textus in *dict. cap. intellecto*, rectè tractat Seraphinus *dict. priuilegio* 75. *à num.* 44. *vſque ad num* 52.

43 Nam ſi iuramentum eſt illicitum, ſiue ſit primum ſiue ſecundum non eſt ſeruandum *d. cap. tua nos de iureiur.* Vbi primum iuramentum fuit illicitum, ideo tanquam illicitum reiicitur & ſeruari non debet. Vnde licèt iuramentum à Rege Hungariæ factum de alienatione rerum, ſeu iurium Regni, & de ea non reuocanda fuiſſet primum, cùm ei non liceret, & ſic illicitum ſeruandum non eſſet, quia tunc iuramentum primum non derogat poſteriori.

44 Probat in terminis Villadiego in *dict. l.* 2. *in* prologo del fuero Iuzgo *num.* 60. quem ad litteram referam. *Imò alienatio aduerſùs hoc iuramentum, etiam iurata, non valet, Gloſſa in cap. intellect. de iureiur. gloſ. in cap. licet mulieres de iureiur. lib.* 6. *vbi ſecundum iuramentum contra primum ſeruandum non eſt, quam communem dicit Abb. in dict. cap. intellecto Conn. Rub. in cap. quamuis pactum* 1. *p. §.* 1. *num* 1. *dummodò iuramentum primum iuri communi ſit conforme; ſecundum verò aduerſùs iuris prohibitionem: ſic ergo accipiendam eſſe legem Regiam* 18. *tit.* 11. *p.* 3. *ibi dum dicit.* Si el Rey jurare alguna coſa, que es endaño omenos cabo del Reyno, no es tenado de guardar tal jura como eſta. Et notat Marienzu *in l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *recopilat. gloſ.* 7. *num.* 1. *& gloſ.* 15. *num.* 1. *&* 2. Vbi etiam concludit ſecùs eſſe quando ſecundum iuramentum non eſſet contrà iuris prohibitionem; ſed iuri conforme, vel eo non refragante, pro quo allegat Gloſſam *in cap. fin. de procuratorib. lib.* 6. & alia iura.

45 Tertium notabile, ſeu trina concluſio eſt, *quòd Regibus Regalia, ſiue res atque iura Regni, non liceat alienare, ſiue iurauerint, ſiue non in coronatione ſua de non alienandis in graue præiudicium Principatus, ſeu Regia Corona: imò bona ſeu iura Regni illibata ſeruare debent.* Notant hanc concluſionem ex *dict. textu in cap. intellecto* Ioan. Andr. ibid. *num.* 2. *verſ. licet teneatur etiamſi non iurauerit, &c.* Baldus *n.* 1. 2. *&* 4. & alij quamplurimi Canoniſtæ.

46 Ponderare enim debemus illa verba: *Quia cum teneatur & in ſua coronatione iurauerit, iura Regni ſui, & honorem Coronæ illibata ſeruare:* vbi probatur quòd Reges alienare non valent bona, atque iura Regni, ſed ea illibata conſeruare.

Tùm etiam, quia tenetur id facere etiam ſine iuramento, tum quia id iurant in ſua coronatione: ſic explicat & verè textum *in dict. cap. intellecto* Dom. D. Ioann. del Caſtillo *de tertiis, cap.* 17. *n.* 9. *&* 10. *verſ. vbicunque.* 47

Sed à contrario ſenſu *in dict. cap. intellecto* probatur quòd Rex nihilominùs poteſt, modica donare, & aliqua alienare, dummodo non ſit in graue præiudicium Regni, & contra Regalis Coronæ honorem, quod deducitur ex illis verbis: *Alienationes quaſdam fecerit in præiudicium Regni ſui & contra Regis honorem.* Ergò ſi alienationes non fuerunt in præiudicium Regni ſui, & contrà regalem honorem, poterit alienare. 48

Cum quo optimo argumento à contrario ſenſu interpretantur Doctores hunc textum, & ſpecialiter Canoniſtæ maximè Ioann. Andreas *n.* 1. & Antonius de Buttio *n.* 5. vbi ita dixit: *Oppono quod Rex poſſet donare aliqua cap.* 2. *de donat. pondera litteram, quæ dicit. in præiudicium Regni & contra honorem, modica enim poteſt donare, quia non præiudicat, nec regnum dirimit: Ad hoc ſuprà eodem cap. tua nos cap.* 1. 2. *&* 3. *cap. Apoſtolica de donat. cap. ſi quæſtiones de Simonia. Nec facienda eſt tam amara interpretatio ff. de donat. inter virum & vxor. l. cum hactenus & l. ſi id §. ſi quis.* 49

Vndè genuina, & de omni iure vera reſolutio eſt, quòd ad hoc vt Rex valeat donare, aut aliqua ex bonis, ſeu iuribus Regalibus alienare, duo neceſſaria copulariuè requiruntur: Vnum quod non ſit in graue Regni præiudicium, dùm expreſsè dicit textus: *In præiudicium. Regni ſui* Vbi Ioann. Andreas *ſuper V. præiudicium*, addit, *graue.* 50

Et alterum dummodò ſit reſeruata Regia ſuprema ſuperioritate, & directo dominio Regiæ dignitatis; quod etiam deducitur ex ipſomet textu ponderando illa verba: *Et contra Regis honorem*, quia honor Regis conſiſtit etiam in Regia ſuprema illa ſuperioritate. 51

Et ſic quando ſuperioritas remanet apud Regem donantem, ſeu alienantem, tunc Rex & Regnum dicitur multum lædi: ita dicit & probat. Baldus *in proœmio Codicis n.* 6. *&* 7. *& in præludiis feudorum n.* 32. Felin. *in cap. ad audientiam: num.* 4. *verſ. quia iuriſdictiones ſupremæ, ſunt ſacrum: ideo non in marſupio Principis, &c. de præſcript.* Alex. *conſ.* 24. *num.* 11. *volum* 5. Iaſ. *conſ.* 10. *col.* 3 *volum.* 3. Dom. Greg. Lopez *in l.* 8. *titulo* 1. *partit.* 2. *Verb.* Aguien quiſiere, verſ. Item intellige, cùm Rex donaret, reſeruatâ ſuprema poteſtate: nam totaliter donare & proprium facere non poſſet. Dom. Cobb. *Rub. practicar. cap.* 4. *num.* 1. Ferdinandus Loaces, ſuper controuerſia Oppidi de Mula pro Marchione de los Belez *fundam.* 1. pro Marchione *num.* 1. *& à num.* 18. Menchac. *lib.* 1. *illuſtrium controuerſ. cap.* 4. *num.* 9. Caludo *deciſ.* 17. *num.* 5. *parte* 2. Marienc. *in ſtylo Cancellariæ tit.* 1. *præmedit.* 13. idem Marienc. *in l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *gloſ.* 7. *num.* 8. Burſato *conſ.* 60. *à num.* 79. *& conſ.* 215. *à num.* 98. Riminald. Iuni. *conſ.* 556. *num.* 55. Peregrinus *de iure fiſci lib.* 1. *tit. vltimo num.* 81. Azeuedo, *in l.* 1. *n.* 9. *tit.* 10. *lib.* 5. *recop.* Menoch. *volum.* 11. *conſ.* 1003. *num.* 59. Dom. D. Ioann. à Caſtill. *tom.* 7. *de tertiis cap.* 17. *num.* 17. Petr. Ant. de Petra, *de poteſtate Princip. cap.* 17. *num.* 25. *verſ. Dummodo Princeps reſeruet ſibi ſupremam ſuperioritatem.* 52

Huic quod de iure veriſſimum eſt, adſtipulatur

B lex

lex nostra Regia 9. tit. 4. part. 5. ibi: *saluo ende que las alçadas de aquel lugar deuen ser para el Rey que fiço la donacion, y para sus herederos, e deben façer guerra o paz, por su mandado, &c.* Et lex 1. tit. 10. lib. 5. recopil. Vbipostquam dixit quòd permissum sit Regibus donare ciuibus, & naturalibus sui Regni vassallis, diuitibus, & nobilibus, & Ecclesiis, & Monasteriis, ibi: *A nuestros naturales ricos omes, e hijosdalgo, e basallos de nuestro Reyno:* ita dicit: *Con tanto que quede para nos e los Reyes que despues de nos Reynaren en los pueblos que ansi fueren donados y concedida la Iurisdicion criminal, y ciuil la Iurisdicion suprema, para hauer Iusticia, en appellacion, ò agrauio, ò en otra qualquiera manera donde los tales Señores la menguaren.*

Rationem autem speciosè, & meliùs quam Salius reddit Castillo de Bobadilla, *in sua Politica lib. 2. cap. 16. num.* 87. Ita enim scriptum relquit: *Fallentia 6. esque aunque por contrato pribilegio o costumbre les pertenezca a lòs Señores la Iurisdicion en primera y segunda instancia y se les conceda por especiales y amplisimas palabras, no les puede pertenescer, ni les compete la suprema Iurisdicion que a los Reyes les queda contra ellos y contra sus basallos por via de demanda, o, simple querella, o por appelacion o recurso: porque èsta mayoria y la potestad, del cuchillo ni los Reyes la pueden enajenar. ni los Señores prescriuir porque es la forma sustancial de la Magestad, Cetro, y Corona Real y reconocimiento supremo pegado a los huesos de los Reyes por la dignidad Real y por derechò diuino concedido porque de otra suerte podrias e diminuir el imperio y quedar los subditos Azephalos y sin Cabeça, y que nos e conociese el sol quitados los rayos que son las Iurisdiciones, que dependen del y ansi no es necessario reseruarse este Señorio en las escripturas de denajenacion de basallaje, aunque en ellas se concedan las prebeminencias Reales que los Iuristas llaman Regalias: porque estas no son vistas concederse saluo si como diçen Menchaca Cobb. Rub. y otros de la tal conçesion de algunas Regalias el Rey del Reyno no recibiese perjuycio o fuese de poca consideracion como adelante diremos.*

54 Reseruata itaque semper debet remanere suprema Regia potestas, quæ inseparabiliter inhæret dignitati; & ossibus Regiæ coronæ, & etiam quòd sit absque graui præiudicio, quamvis diminutio Regni non sit magna: Bartol. Socinus senior *cons. 7. num. 6. vol. 3.* Dom. Greg. Lopez *in l. 28. tit. 11. part 3. verb. Menguar in fin.* Azeued. *in l. 1. tit. 10. lib. 5. recop. num. 5. & 6.* vbi remissiuè & Luc. de Penn. *in l. quicunque C. de omni agro deserto lib. 11. & in l. 1. C. de capit. ciuitat.* quæ dicatur parua aut magna diminutio: qui quidem Lucas de Penn. *in dict. l. quicunque*, ita dicit:
55 *Alienationes ergo rerum fiscalium, quæ actæ sunt, non procedunt, etsi singula, pro eo quod ex rebus minimis possent excusabiles dici; quia tamen verendum est, ne quid decrescat supra de agricol. & censit. l. fin. §. vltimo, ne respublica ad nihilum redigatur 12. q. 2. cap. Monemus & de iud. cap. vlt. ingenti studio cauendum est, ne aliena domus Israël pereat; ad idem Auth. de quæstere post princip. vers. inuenimus enim, sicut plures donationes simul iunctæ inofficiosæ reuocantur, quæ singulæ inofficiosæ non sunt, vt notatur suprà de inoffic. donat. l. 1. in 6. & 7. quæst. Ita, & fortiùs prohibitum est, plures donationes fiscalium fieri: nam possent ex eis plura incommoda Reipublicæ generari, sic enim frustatim Lupus comedit agnum 13. q. 1. §. His ita & minutatim interdùm iura omnia Ecclesiæ subtrahuntur, extra. de præscript. cap. transmissa facit. ff. de iure Patronat. l. si libertus, §. penult. & fin. Aliàs enim totum paulatim periret imperium, vt superius dictum est: igitur quæ dicta sunt in fiscalibus imperij, & in domanialibus Regni iuste obseruanda, videntur, ne diminutis redditibus bonorum Domanialium, quæ pro vita Regum & sustentanda Republica inuenta sunt, & ab aliis separata cogantur Reges ad bona subditorum, calcata Iustitia (vt interdum vidimus) extendere manus suas, tales quidem alienationes censentur in præiudicium coronæ fieri; & ideò reuocantur ex constitutione Ecclesiæ non obstante interposito iuramento extra de iureiurand. dict. cap. intellecto.*

Tandem Lucas de Penna mirabiliter materiam 56
prosequitur vsque ad finem, per duas columnas ad intelligentiam huius textus *in dict. cap. intellect.* & notabiliter dicit eum interpretando: *Iurat enim in coronatione sua Rex Iura Regni, & honorem coronæ illibata seruare: dicto cap. intellecto, & de nouo non infeudare extra de feudis cap. 2. de alienando fiscalia, & Domanialia, quæ sunt ad conseruationem Regiæ dignitatis, & corona licèt modica non seruat ipsa iura; sed minuit, non tamen ex iis quæ superiùs dicta sunt, affirmo non valuisse donationem factam per Constantinum Augustum Beato Syluestro, licèt Glossa contrarium teneat in Auth. quomod. oport. Episcop in princ.*

Quod omne breuiter comprehensum fuit in iis 57
quæ dicta sunt à D. Nic. Fern. de Castro dignissimè decorato cum Diui Iacobi militiæ insignia, in suo tractatu edit, sub illo titulo, *de Portugal conuencida con la raçon para ser vencida 4. part. cap. 1. sect. 4.* ibi: *Aunque quisiera el Rey Dom Alonso no pude conçedersele sin ella (scilicet sin la reserua de la suprema, potestad y Vassallaje) siendo sabido que los Principes (por soberanos que sean, no pueden desmembrar totalmente de su corona, los Reynos, Prouincias, Ciudades, Villas, ni Castillos, sin vniuersal Consentimiento de sus subditos, ny des haçer aquella vnion politica que lòs vnio en vn cuerpo de bajo de vna sociedad y obediencia, &c.* & inferiùs, *No pueden enajenar las Regalias mayores, nò con tanta frequencia, las menores, ni las Iurisdiciones de sus tierras aunque sean en feudo y vassallaje que disminuyan considerablemente el Patrimonio Real y arriesguen la seguridad del Reyno.* Henricus Rosental *de feudis*, plures cumulans *in cap. 5. quæst. 10. & 11.* Pater Mol. *de Iustit. & Iure tom. 2. disp. 25.*

Et iuxta hanc veram, & ita Corroboratam re- 58
solutionem debent intelligi ac conciliari leges nostræ Regiæ, maximè *lex 8. tit. 1. part. 2. & l. 1. & 3. tit. 10. lib. 5. l. 2. tit. 2. lib. 6. recogitat.* Ex quibus permissum est Regibus Hispaniæ, dominis nostris donare seù alienare, Ciuitates, Castra, & oppida Regni; nam ita accipi debent, dummodo alienatio non sit in graue Regni seù Coronæ præiudicium, & inter exteros non reseruata Regia superioritate, & quod vulgo dicimus *vassallaje*: & dum non sint donationes, vel quælibet aliæ donationes, ita plures de Regalibus, quod extenuent Regalia, & ad alendum & defendendum Regnum necesse sit, onerare ac opprimere subditos, vt de suis bonis alant & defendant, sustineri itaque non valent, imò reuocare eas necesse est quamvis à Rege, iuramento sint vallatæ, & quia hoc decisum

decisum est de iure communi, & Canonico in dict. cap. intellecto, de Iure Iur. Ideò secundum hoc ius commune interpretandæ sunt dictæ leges nostræ Regiæ.

59 Quapropter in hac conclusione ita explicata conueniunt per ipsum textum in dict.cap. intellecto, non solum Iuann. Andreas num.2. & 3. cum Baldo Imola, Butrio, Ancharran. & aliis, eius textus Glossatoribus, atque Expositoribus, tam antiquis, quàm Modernis exteris atque Regnicolis; sed etiam Felin. & Hostiens. in cap. dilecti de maioritat. & obedient. Idem Felin. in cap. ad audientiam num.4. & 5. de præscrip. Bart. in l. prohibere §. plane, ff. quod vi, aut clam. Baldus in l. cum mater. C. de bonis quæ lib. & in cap. si generali tit. si de feudo controuersia fuerit, & in cons. 159. num.3. lib.3. Ioann. Igneus, in l. donationes quas parentes, n.44. de donat. inter virum & uxor: Philippus Decius. Cons. 291. num.5. & cons.467. num.7. Iason in prælud. feudorum à num.76. & in cons.56. num.4. lib.1. & in cons.227. propè fin. lib.2. & in cons.10. lib.3. Ripa lib.2. responsorum cap.1. num.51. alias responso.55. Angelus, in l.1. §. hoc autem dictum l.2. ff. ne quid in loco publico. num.19. Socinus, cons.4. & cons.7. num.5. & 6. Volum.3. Oldraid. cons.95. in fin & cons.231. num. fin. Alex. cons.1. num.18. & cons.44. num. 22. lib.5. Socinus regul.139. Tiraquell. de Iudic. in reb. exiguis num.74. Item Tiraquel. de primog. quæst.35. num.19. Rochus de Curte in tractat. de consuetud. sect.7. num.2. Lucas de Penn. in l. quicumque C. de omni agro desert. lib.11. vers. quid ergo Rebuff. in l.28. ff. de verb. sign. Petrus Martinus in cap. Afferte mihi gladium vers. respondit Rex, num.3. de præsumpt. Claudius Seysellius in titulo qui feuda dari possint? & idem Sernia c.1. num.10. & in cap. imperialem §. ita tamen num.44. de prohibita feudi alienat. per Federicum. & in dict. cap.1. de his qui feud. dar. poss. Martinus Laudens. Ioann. Raynut. Aluar. Præpositus & alij feudistæ. Afflict. in prælud. feudor num 63. & in proœmis ad Constit Neapolit. quæst.24. Carolus Ruynus, cons.31. à num.11. & cons.25. n.16. lib.2. Gozadinus cons.62. n.13. Brunus cons.51. num.2. Paulus Parisius cons.27. num.3. lib.5. Neuicianus cons.12. n.66. Socinus Iunior. cons.60. num.33. lib.3. Craueta cons.54. num.2. lib.1. & cons.999. num.2. lib.6. Alba cons.64. num.37. lib.1. Grato cons.147. Volum.2. Palacios Rub. in cap. per vestras 2. notabili §.2. n.41. D. Præses Couattuu. in cap. quamuis pactum part.2. §. 2. num.4. de pactis in 6. Casanæus in Catalog. gloria Mundi, part.5. consider.19. Dom. Greg. Lopez in l.5. v. que nunca tit.15. part.2. & in l.24. tit.11. part.3. Roland. à valle cons.2 à n.95. Volum.1. Anton. Gabriel lib.3. Comm. opinion. num. de iure quæsito non tollend conclus.5 à num.47. Dom. Molina de primog. lib.1. cap.3. num.17. & 18. Franciscus Marcus decis.87. Roderic. Suarez allegat.9. num.6. Didacus Perez in l.1. glossa 1. num 2. lib.1. ordinam. pag.39. Osascus decis.139. num.7. Nata, cons.136. Volum.3. Gratus cons.147. Volum.2 Aponte de potest. proregis n. de rem. num.30. Michael Aguirre de success. Regni Portugal. part.1. num.159. Bursat. cons.124. num.36. lib.1. Fabianus in tractatu de empt. & vendit. quæst 1. 3. partis principalis Ferdinandus Loaces in allegat. pro Marchione de los Velez super opido de Mula fundam.1 à n.6. Georgius Cabedo part.2. decis.17. n.1. & 5. & decis.41. num.16. & in tract. de Patronatu Regiæ Coronæ cap.9. n.1. Simancas de Primogenijs lib.1. cap.14. Anton. Scapo. de iure non scripto lib.2. cap.43. n.3. Matienço in l.3. glos.7. tit.10. lib 5. recopilat. Valasco consultat.132. num.2. Cenedo ad decretal. collect.109. n.2. Aceuedo in l.3. num.2. tit.10. lib.5. recopil. Petrus Belluga in specul. Princip. Rub 9. à num.8. Anton. Capicio decis.121. à num 1. Grammatic. cons 32. num.7. in ciuilibus restaur. in tractat. de Imperat. quæst.104. Macrob. cons 55. num.7. glos. Parisiens. part.1. consuet. Parisiens. §.2. num.17. & §.8 glos.3. Petrus Gregorius in tractat. de success. feud. part.1. quæst.5. Schrander de feud. part.4. cap 1. num.22. Cumia in prælud ad extrauag. cap. si aliquem n.56. Guid. Paocirolus cons.64. num.36. & 39. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.75. n 43. Petrus Anton. de Petra. de potestat Princip. in 2. dubio principali cap 17. à num 200. vers. Quid mode de Principe an possit aliquid de Principatu donare alicui. Peregrinus de iure fisci lib.1. tit. vltimo à num 81. Fabio Anna Pater. alleg.69. num 4. Ioann. Garcia de nobilitate glos.1. §. 1. num.10. Barb. in remiss. ad ordin. lib 4. tit.100. §.11. an & quando Reges vel Principes seculares possint alienare vel donare bona ipsius Regiæ Coronæ. Menoch. cons.1. à num 40. & cons.2. n.264. & 274. & cons.307 cons.950. & in volum.11. cons. 1003. num 18 Sesse decis. Aragon. 79. per totam. P. Molina de Iustitia & iure tract.2. disp.25. colum.2. fol.186. Mieres 4. part. quæst 1. à num.217. cum sequentib. Renatus Copinus de Domin. Franc lib.1. tit.2. num.17. Ioann. Gutierr. de Gabell. quæst.4. num.2. & 11. & 21. Mart. de iurisd. omn. Iud. part.1. cap 30. Restaur. Castald. in tract. de Imperator. & imperio quæst.10. Villadiego in prologo del fuero Iulgo in l.2. à num.48. & l.60. Narbo, in l.11. tit.5. lib.7. glos.3. num. fin. in fin. Corset. in tractat. de potestate & excellent. Regis quæst.98. Hieronym. Portol. in tractat. de consortibus, cap.22. num.9. Carolus de Tapia in comm. ad l. fin. ff. de const. Principum q.2. cap.9. à n.39. August. Barb. in collect. ad decretales in dict. c. intellecto de iureiurando à n.2. Bartholomæus Humada in l.8. glos.3. n.1. tit.1. part 2 & in l.14. tit 5. part.2. glos.4. Dom. Præses atque Episcopus Salmanticens. Valençuel Velazquez in discursu stat. Bell. part.2. & cons 2. n.26 Dom. D. Ioann. de Castillo tom 5. cap.89 à num.85 & tom.7. de tertiis c.17. vbi latissimè per tot. Additionatores ad Dom. Molin. lib.1. cap.3. supra n.17. & 18. & a n.48. 60

Quartum & vltimum notabile, seu conclusio, quæ elicitur ex textu in dict. cap. intellecto, ea est, nempè, quòd ipse Rex, qui alienauit etiam cum iuramento in præiudicium Coronæ, poterit; imò debet, bona seu iura Regni vindicare, & ad Coronam alienata reuocare: deducitur ex ipso textu ibi: Nos eidem Regi dirigimus scripta nostra, vt alienationes prædictas non obstante iuramento, si quod fecit, de non reuocandis iisdem studeat reuocare; Et Honorius rationem ita reddit: Quia cum teneatur & in sua Coronatione iurauerit, iura Regni sui & honorem Coronæ illibata seruare, illicitum profectò fuit si præstitit, de non reuocandis alienationibus huiusmodi iuramentum, & propterea pœnitus non seruandum.

Ex inde bene infertur: quòd si Rex ipse, qui in præiudicium Regni alienauit, in conscientia debet alienata reuocare, ergo etiam eius successores in Regno, quamuis successor sit, eiusdem alienantis hæres; quia id quod debuit, & tenebatur facere in conscientia defunctus, debet eius hæres. Ideo Doctores per hunc textum in dict. cap. intellecto conueniunt indistinctè; quòd Rex, qui alienauit & eius successores, tenentur reuocare 61

alienata,

alienata, quæ fuerint in magnum præiudicium, & Regiæ Coronæ graue detrimentum. Batt. *in l. prohibere §. planè ff. quod vi, aut clam.* Lucas de Penn. *in l. quicumque num. 11. C. de omni agro desert. lib. 11.* Corserus *in tract. de potestat. & excell. Regis quæst. 98.* Fabianus *de empt. & vendit. quæst. 11.* Matienz. in *l. 3. glos. 7. n. 2. & glos. 13. num. 1.* Quintilian. Mandosius *in cap. 1. de probationib. num. 20.* Humada *in d. l. 8. tit. 1. p. 2. glos. 1.* Hieronymus Portel *de Consortibus cap. 2. num. 20.* Motius *Respons. 45. num. 26.* Petra *de potest. Principis cap. 17. num. 35.* & alij multi relati à Zenedo & August. Barbosa *in dict. cap. intellecto* Dom. D. Ioan. à Castillo *lib. 5. dict. cap. 89. num. 196.*

62 Quod equidem speciale est, quoad Regnum, & bona seu iura Regiæ Coronæ ob peculiares suprà relatas rationes decidendi ad *cap. intellecto*, quæ militant etiam in Prælato, quo ad bona Ecclesiæ; quia si Prælatus alienet sine solemnitate de iure necessaria ipse Prælatus, & Ecclesiæ Princeps potest, & debet alienata reuocare: docet Glossa *in l. 1. §. & cum lex & ibi*, Cynus *C. de rei vxoriæ act.* Batt. *in l. cum vi vers. & quæro ff. de vsucap.* Baldus *in l. cum à Matre num. 4. C. de bonis Matern.* Vincent. Fusar. *de fideicomm. subst. quæst. 717. n. 4. &* 9. Add. ad Dom. Molin *lib. 4. cap. 1. super num. 16. vsque ad 21.*

63 Sed aliter dicendum est, quando fideicommissarius, vel possessor maioratus alienauerit rem fideicommissi, vel rem dominij, seu maioratus prohibitam alienari: nam ipse alienans contraueniendo facto suo, non valet alienata, reiuindicare, seu reuocare, *l. post mortem l. cum pater §. si libertis ff. de leg. 2.* Tiraquellus *de retract. §. 1. glos. 9. n. 33. & 40.* Dom. Molina *lib. 4. cap. 1. num. 16.* Vincentius Fusar. *de fideicomm. alien. prohibit. quæst. 717. n. 5.* Add. ad D. Molin. *& lib. 4. cap. 1. sup n. 16. vsque ad 23.* Balthas. Tho. *tract. 9. de alienat. & reuocat.* Et nos latiùs *suprà p. 5. cap. 6. & vltim.* in quo omnes inuenies ampliationes & aliquas limitationes.

64 Et idem, quod de possessore maioratus, eius bona alienãte, ad hoc vt non possit reiuindicare, seu reuocare alienata dicendum est de eius hærede, nisi in casibus & limitationibus relatis à Vincentio Fusario, *quæst. 55.* Balthas. Thom. *dict. tract. 9. de alienat. & reuocat.* Add. ad Dom. Molin. *lib. 4. cap. 1. super num. 16. vsque ad num. 23.* Ioann. Anton. Mangilius *quæst. 59. & quæst. 112.* & nos in *dict. p. 5. cap. vlt.*

65 Ex quibus omnibus in hac 1. p. adductis, iam ergo patet nostri syllogismi maior per decisionem in *dict. cap. intellecto de iureiurando*; quòd Reges non possunt donare, seu quocunque titulo alienare bona, seu iura Regiæ Coronæ, veluti Castra, Ciuitates, vel aliquam Regni Prouinciam in magnum eiusdem Regni præiudicium, & absque supremæ potestatis reseruatione, imò ipse Rex, qui alienauit, vel eius successores in conscientia debent alienata reuocare.

PARS SECVNDA.

66 Sed Reges Hispaniæ Domini nostri, contra *suprà* dicta iura, & eorum iuramentum ab eis præstitum, alienauerunt Lusitanam Regni nostri Prouinciam, & eam quæ vocatur *del Algarue*. cum Magna læsione atque graui Regiæ coronæ præiudicio, & sine supremæ sibi potestatis reseruatione.

Hanc syllogismi minorem in duas partes diuidere necesse erit: ad primam attinet probare, quòd cùm ad Regnum Hispaniæ pertineant dictæ Prouinciæ, eas Reges alienauerunt. 67

Ad alteram posteriorem; quod prædicta alienatio fuit in maximum Regni præiudicium, & eum graui Regiæ coronæ læsione. 68

Quoad primam ex Chronicis notum est, quòd inter castra, Populos, Ciuitates, atque Prouincias, quæ ad Coronam nostræ Hispaniæ pertinebant, tempore, quo Gothorum Reges regnabant, & maximè ex tempore Leouigildi Patris Regis Diui Hermenegildi, fuit Lusitania, & ea, quam dicimus *de los Algarues*: nam Henricus IX. Gothorum Rex & posteà Leouigildus inter cæteros Gothorum Reges validior & armis potentior atque animositate, omnes Hispaniarum Populos, Castra, & Ciuitates à Sueuis, & Romanis occupatas restaurauit; & ad coronam Regni Hispaniæ reuocauit; de quo Historiographis inter Chronistas nulli dubium est: ideo sufficit allegare P. Ioan. Marian. *lib. 5. de su Historia de España cap. 7. & 11* & ex Vaseo & aliis Doctor, Villadiego *in commentariis ad lib. del fuero Iuzgo, in Chronica Gothorum Regum anno 568. de Leouigildo Rege 19.* 69

Post vltimum autem Gothorum Regem Rodericum per cuius miseram fortunam, vastata fuit nostra Hispania, & à Mauris atque Sarracenis capta, die nono mensis Septembris Æra 752. anno Domini 714. & inter alias ciuitates atque Hispaniæ Regionis Prouincias vltimò subiugauerunt latam Lusitaniam, vsque ad annum.

Sed postea per Reges Legionis Nauarræ, & Castellæ ex tempore Ildephonsi III. nuncupati *el Magno*, & Ildephonsi V. qui super obsidione Ciuitatis Visco in Lusitania sagittà à quodam Mauro iactata infeliciter fuit infixus, atque interfectus, vsque ad Regem Ferdinandum nuncupatum *el Magno* primum, qui fuit inter Reges Castellæ, debellata fuit Lusitania & Prouincia *del Algarue*, & restaurata ad Coronam Hispaniæ quod numini Dubium est. 70

At vero Reges successores & Ildephonsus X. contra iuramentum in suis coronationibus emissum, & cum graui huius Regni præiudicio alienauerunt, omnino, & absque reseruatione Supremæ Potestatis suæ Coronæ, omnem Lusitaniam atque *del Algarue* Prouinciam, nam etsi Ildephonsus VI. minùs præiudicialiter dedit sub Homagio & titulo Comitatus Lusitaniam, & restaurationem aliarum Ciuitatum quæ à Mauris occupatæ bactenus erant, & eam subenfeudauit cum onere & obligatione veniendi tanquam Vassalli ad congregationes in Curiis ex mandato Regum faciendas absque conuocatione, quia ad comitia venire tenebantur, quamvis non vocarentur & ad debellandum infideles & cum trecentis equitibus in bellis adiuuare: quando copulata fuit in matrimonium Domina Theresia, filia illegitima Ildephonsi VI. & Domina Ximena Minon de Guzman cum Domino Henrico Comite de Lotharingia anno Domini millesimo nonagesimo quarto.

Alter verò Rex Ildephonsus X. etiam donauit *el Algarue*, quando filia sua illegitima Domina Beatrix matrimonium contraxit cum Domino Alphonso III. Rege Lusitano. 71

Et ad petitionem sui nepotis Dom. Dionis contra 72

tra voluntatem & sine libero consensu Procerum, atque aliorum ex Regnicolis. Imò iis renuentibus remisit feudum, atque Homagium, sub quo Ildephonsus VI. concessetat cum titulo Comitatus Lusitaniam Prouinciam. & eam atque *de los Algarues* liberè alienauit absque vlla recognitione, nec reseruata in aliqoo suprema Regia potestate. Sic accipimus à Chronicis, maximè à Chronica antiqua *General de España fol. mihi 68. part. 4. cap. 5.* dum ita dicit: *Don Alonso el 3. Rey de Portugal tubo vn hijo llamado Don Dionis, el qual siendo ya mancebo vino à Siuilla auer al Rey Don Alonso su abuelo teniendo cortes y pidiole por merced que le quitase el tributo que los Reyes de Portugal eran tenudos de dar a los Reyes de Castilla y de Leon que era venir à sus Cortes, y de le seruir con trecientos Caualleros, para la guerra de los Moros, el Rey oydo lo que el Infante su nieto propujo, pidio consejo à los infantes, Prelados, Condes, Ricos hombres, Caualleros que de lante estaban: Y ninguno respondio, el Rey mostro saña contra Don Nuño de Lara porque no hablaba que era de los principales del Reyno, noble y anciano Cauallero, Don Nuño quando esto vio leuantose y dijo, Señor, como quiera, que mas raçon era que primero los infantes buestros hermanos y otros grandes Señores que aqui estan digan, lo queles pareçe. Pero pues buestra Real Alteça, quiero que yo diga mi pareçer, en lo que el infante vuestro nieto propujo es esto Señor que bos fagades bien y merçed al infante buestro nieto y partais de lo buestro, con el es gran raçon: lo vno por el gran dendo que vos tiene: lo otro por el lugar donde bieno. Pero que vos quiteis de la Corona de vuestro Reyno, el tributo quel Reyno de Portugal es tenudo de façer à vos y a buestros Reynos en veso nosere yo, ni buestra Real Señoria lo deue façer esto dicho asentose. y el Rey mostro que no le plaçia de lo que Don Nuño dijo, y des que vieron algunos de los otros que la voluntad del Rey era de le façer, dyeron que lo ficiese: y el Rey lo fiço ansi. Don Nuñe se salio del Palaçio, sin despedirse del Rey, y dyse tributo, que el Rey Don Alonso quito al Rey de Portugal peso mucho à los del Reyno y esto fue causa principal, por que el infante D. Phelipe su hermano, y Don Nuño de Lara, y Don Lope diaz de Haro, Señor de Viscaya, D. Esteban Fernandez de Galiçia D. Fernando Ruis de Castro, y D. Alonso diaz de Asturias y el Almirante Don Lope de Mendoça, y otros Caualleros de Castilla, se despidieron, y desnaturaliçaron del Rey D. Alonso y se fueron al Rey de Granada y estubieron en ella mas de dos años hasta que el Rey D. Sancho entro en el Reyno de Castilla, &c.* Quod idem tradunt Pater Ioann. Mariana, *en su Historia de España, tom. 1. lib. 1. cap. 1. propè fin. & lib. 13. cap. 20 vers. El Rey Don Alonso de Portugal enbio a Don Dionis su Hijo que era de ocho años a su abuelo el Rey de Castilla, paraque alcançase de el libertad y exempçion del Reyno de Portugal y que lo Alçasse la palabra que dio los años pasados y los omenajes tratose deste negocia, en vna junta de grandes Caualleros: Callauan los demas y aun benian en lo que se pedia por no contrastar, con la voluntad del Rey que a ello se mostraba inclinado Don Nuño Gonzalez de Lara Cabeça, &c.* ibidem, Tama. de Borgos *in defensione Patris Ioann. de Mariana & cap. 42.* Garib. *lib. 34. cap. 21.* Rodericus Toletanos *de rebus Hispania lib. 7. c. 5.* Iulianus del Castillo *in Historia Reg. Gothor. lib. 4. discurs. 3. 4. & 17.* D. Fra. Pruden. de Sandobal *in Chronico Regis Alfonsi VI. cap. 4. & in Chronica Regis Alfonsi VII cap. 1. & 7.* Dominus Greg. Lopez Madera *in excellentia Monarchia Hispania cap. 9. §. 6.* Ludouicus de Cabrera *in vita Regis nostri Philippi II. lib. 12. & 13.* Camillo Borello *de prastantia Regis Catholici cap. 46. ex num. 210.* Dom Nicolaus Fernandez de Castro en el tratado de Portugal Conuençida con la Raçon para ser vençida, *parte 3, cap. 3. sect. 1. & 4. parte cap. 1. sect. 1. & cap. 2. sect. 1. 2. 3. & 4.* vbi neruosè conuincit & meritò reprobat, ac verecundè reprehendit Brandaon *in 3. parte Monarchia Lusitana, lib. 8. cap. 9. cum sequentib. & libro 10. cap. 1. vsque ad 10.* Quapropter Reges Ildephons. VI. & X. nullam potestatem habuerunt eximendi atque alienaodi ita magnam Prouinciam Lusitaniam, & *del Algarue*, non ab iis, sed à suis antecessoribus debellatam, & à Maoris recuperatam: & licèt ab eis fuisset io bello capta, idem dicendum erat, quia inter Regalia computantur, & ad Regiam dignitatem pertioent, & ea quæ à feudatariis debellata atque recuperata fuere, Probat Bald. *in cap. 1. in fin. de feud. Episcop. vel Abbatib.* Palaçios Rubios *in repet. cap. per vestras notabil. 2 vers. sed pulchra dubitatio.* Ioann. Garçia *de nobilitate gloss. 1. §. 1. à num. 16.* vbi ad intentum concordat quasdam partitarum leges, & in confirmationem eorum, quæ notata sunt: *ad cap. intellecto, de iureiur.* ita dicit *num. 21. At verò in l. 4. tit. 26. part. 2.* el quinto de lo qoi se gaña en la Guerra *est de iis, qua pertinent ad dignitatem Regiam in recognitionem dominij supremi: ideo ex dispositione huius textus in dict. l. 4. alienari non potest: Rolandus à vallo cons. 1. volum. 2. num. 100. alias nihil quareretur domino nostro Regi, si fierent capientium iure gentium, & bellico, quod esset maximè damnosum Regi, & Regno: Ideo nostro iure attento non sustineretur talis concessio, ex notatis quoque in dicto cap. intellecto, & ex superiùs adductis, &c.* quem & alios Doctores sequitur Dom. Ioano. Sciorzano *de iure Indiarum tom. 1. lib. 2. cap. 6. à num. 40.*

Ex iis iam affluenter probata constar prima nostræ præpositioois pars; & secunda non minùs clariot apparebit ex sequentibus.

Imptimis; quia tunc dicitur læsa Regia Corona, eius rei vel iuris alienatione, & in graue Regni præiudicium, quando alienatio fuit de duodecima parte: nam quælibet res maximè incorporalis, diuisione legali dioiditur in duodecim vncias, seu partes, prout ex Bartolo *in l. 1. num. 7. ff. de furt. per textum in l. seruum 50. §. hereditas ff. de heredib. inst.* notat ad intentum Petrus Antonius de Petra *in suo tractatu de potestate Principis, cap. 17. à n. 19. Punctus est autem discernere quando alienatio dicatur magnam læsionem continere?* & maximè *in num. 30. ibi: Potest exēplificare etiam in duodecima parte,* &c.

Attamem si alienatio fuisset de tertia, vel quar- 74
ta parte nulli dubium est, quin esset maxima læsio & in grauissimoin præiudicium Coronæ; Ità in terminis resoluont ex Baldo Ias. *in cons. 10. num. 4. Vol. 3. & aliis*, Ferdinandus Vazquez de Menchaca *lib. 1. Controuers. illustrium cap. 4. circa Principium*, Petrus Anton. Petra de potestate Princip. dicto cap. 17. n. 3.

Ratio autem cur io nullo casu, possit alienari 75

pars aliqua Regni, quæ consistat in diuisione legali & quòd aliqua res, oppidum, vel castrum possit alienari, vt *inferius* dicemus, stat in hoc, quòd inter alienationem alicuius rei certæ & alienationem partis, seu quotæ datur maxima differentia: nam aliqua res certa non inducit diuisionem sed pars aliqua seu quota Regni diuisionem inducit; & quia Regnum, vel Imperium sit indiuisibile. Ideò Rex vel Imperator nullo casu potest quotam partem Regni vel Imperij alienare: Ita docet Baldus *in l. si certaram prope fin. ff. de testam. militis.*

76 Sed sic est quòd Lusitania (quæ intra Regnum Hispaniæ esse in Confesso dicit Parladorius *lib.2. quotidianarum cap.2. num.4.*) non tantum duodecimam partem continet, imò tertiam quotam, seu partem totius nostri Regni Hispaniæ quæ comprehenditur à Pyreneis montibus vsque ad Oceanum: Parladorius *vbi proximè*, Idem Ptolomæus *in sua Cosmographia, in descriptione nostræ Hispaniæ*, eam in tres diuidit partes, quarum vnam dicit esse Lusitaniam, & Anton. Nebriss. His Chronographus Regius *in suo dictionario, seu Vocabulario*: & eius additionator Pater Magister Petrus Ortiz de Luxando sacri ordinis Redemptorum Beatæ Mariæ *de las Mercedes*, verbo *Hispania*, dicunt; quòd Hispania in tres Prouincias diuiditur, quæ sunt Bætica Prouincia, quæ vulgò cognominatur *Andalucia* & Prouincia Lusitania, atque Tarraconensis, & super verb. *Lusitania*, dicit: *Lusitania tertia pars Hispaniæ inter Duerium & Anam fluuios. vulgo: entre el Rio Duero y Guadiana. Fluuius autem Guadiana diuidit Baticam à Lusitania.* Ioann. Botero *in suo tract.* Relacion vniuersal del mundo *lib.1. part.1.* de España *verb. diuision.* de España, ita dicens: *Diuidieren à España en tres partes los antiguos. Tarragona, Betica, y Lusitania. Betica que es el Andaluçia esta a la entrada del Rio de Guadiana, &c. Lusitania se derrama entre Duero y Guadiana; y la tercera parte que es Tarragona, ocupa el resto; Contiene a saver el Reyno de Murçia, Balençia, Cathalumna, Aragon, Castilla la vieja, y mucho de la Nueba, Nauarra, Vizcaya, Leon, Asturias y Galicia*, &c.

77 Et maximè notandum est, quòd attento tempore Donationis, & remissionis, non de tertia parte Hispaniarum; sed de vna ex duabus partibus Regni; quia tunc ferè tertia pars occupata erat à Mauris: Ergò alienatio Huius Prouinciæ Portugalliæ & *de Algarae* fuit cum grauissima læsione & præiudicio huius Regni Hispaniæ.

78 Secundò: nam non solùm alienatio est enormissima, & cum graui Regni præiudicio, ex eo quòd fuit de tertia parte & integra, atque maxima Prouincia huius Hispaniarum Regni, in qua continentur decem & nouem ciuitates, sexcentæ & triginta villæ, & Populi, Castella, & Castra. Mendoz de silua *in tractatu* de la Poblacion jeneral de España, en la discreçion del Reyno de Portugal, *cap.1.* sed etiam si de sola Ciuitate Lisbonensi fuisset alienatio, quæ est ex magis illustribus, populosis, insignibus, & pretiosis omnium nostræ Hispaniæ Ciuitatum, taliter quod vulgò semper dictum fuit: *Ciudad por Ciudad, Lisboa en Portugal: y Villa por villa, Valladolid en Castilla* Ioann. Boteto, *vbi suprà lib.1. part.1. fol.15* vbi dicit: *Lisboa segun la opinion vniuersal de todos es la mayor y mas populosa Ciudad de la Christiandad, si ya no queremos exceptuar a Paris.* Rodericus Mendez de Silua *vbi proximè* en la discreçion del Reyno de Portugal, *cap.2.*

Vnde sanè, imò necessariò procedit inualiditas alienationis; nam etsi secundùm aliquos, relictè Albericus *in Proœm. digestorum §. discipuli num.18.* & Ias. *in præludio feuder. à num.76. & in cons.56. lib.1.* Carolus Ruinus *cons.31. num.11. lib.1.* Ferdinandus Loaces & alij, quos refert Iacobus Menochius *tomo 11. cons.1003. in princ. & in num.18.* & in iure nostro Regio: *l.8. tit.1. part.2.* ibi: *Ede mas el Rey puede dar villa o Castillo de su Reyno, por heredamiento, a quien quisiere*: permissum sit Regibus Ciuitatem aliquam sui Regni, oppidum, vel Castrum quouis titulo alienare: hoc ita admittendum est, prout ipsi admittunt, dummodò non sit ex Ciuitatibus, vel oppidis magnis, insignibus, pretiosis, vel populosis, quæ excedant Mille, vel ad plurimum, duo millia vassallorum; quià tunc sequitur præiudicium Regni, seu Principatus, quod non permittitur, ex decisione nostri textus *in dict. cap. intellecto de iureiur. cap. Abbates sanè, de re iudicata in 6.*

Ita equidem & non aliter admittunt, & declarant prædictam de contrario opinionem Bart. & Bald. & communiter scribentes: Petrus Auton. de Petra *de potestate Principis, cap.17. num.18. vers. sextò declaratur ista conclusio, vt procedat dummodo alienatio non fiat alicuius rei valdè pretiosa, vt pote si sit magna Ciuitas, vel insignis locus: Bart. in dict. l. prohibere, §. planè ff. quod vi aut clam & communiter Doctores, & Bald. in l. cum multa colum.2. C. de bonis quæ lib.* Idem Antonius Petra antea, in *num.13.* ibi: *vbi locus esset valde pretiosus*, 79

vel si esset magna Ciuitas, vt dixi & probat Ias. *cons.10. num.4. vol.3. &c.* Ioann. Garcia *de nobilitate glossa 1. §. 1. num. 11. vers. & latius prosecuti sumus in Apologia circa successionem Regni Portugallia pro inuictissimo Rege nostro Philippo, tenet Idem Bart. expressè in l. prohibere, §. plane, ff. quod vi, aut clam*; Quod maximè habet locum in castris, & oppidis Regno necessariis, magnis, & populosis, & in confinium Hostium positis: *l.2. C. de fund. limotropoli. lib.11.* 80

81 Quam distinctionem & declarationem vno ore proferunt omnes, & maximè Relati à Menochio, *cons.962. num.4. lib.10. & cons.1003. n.18. & 37.* Dom. D. Ioann. à Castillo, *tomo 7. de Tertijs, cap.17.* maximè à *num.15.* & cæteri à nobis *suprà* relati *in hoc capite.* 81

Tertia tandem; quia alienatio fuit in exterum omnimoda, & absoluta, de omni dominio & dignitate & iurisdictione, absque vlla supremæ Regiæ potestatis reseruatione, quo casu, etsi alienatio non de vna, prout fuit, Magna Prouincia oppidis Castris, atque Ciuitatibus insignibus decorata; sed de sola Ciuitate, Oppido, vel Castro inualida tamen tanquam in graue Regiæ Coronæ præiudiciū iudicari debet ex celebri doctrinâ, atque distinctione Baldi *in præludis feudorum*, quam refert & sequitur Ias. *dict. cons.10. num.4. volum.3.* dum dicit: *Princeps vel Imperator alienat expropriando, & penitus abdicando omne Dominium, iurisdictionem & dignitatem; & tunc non potest, quia esset deformare Principatum dicto cap. intellecto: aut alienat retinendo directum dominium, vel saltem superioritatem, & tunc valet alienatio: cap.1. in princ. & §. 1. qui feud. dar. possunt cap.1. §. præterea eam glossa decaput. Corrad. cap.1. in princ. & §. 1. quis dicatur Dux vel Marchio, alibi D. Alex. in l. qui filio quem Pater in princ. vltim. colum. ff. de liber. & posthu. refert se consuluisse, quod Imperator non potuit* 82

donare

donare Castrum, seu Ciuitatem cum pleno & omnimodo dominio directo vt vniuersali, & omnimoda iurisdictione nulla sibi facta reseruatione, &c.

83 Quæ quidem doctina, atque magistralis distinctio contradictorem non habet, quia eius iuridica ratio est incontestabilis: Vt videre licet per Felinum *in cap. ad audientiam, num. 4. de rescript.* Dom. Greg. Lopez *in l. 8. tit. 1. part. 2. verb. A quien quisiere:* Antonius de Petra, *de potest. Princip. dicto cap. 17. num. 25.* Menochius *dicto cons. 1003. n. 59.* & alij quamplurimi, ab eis & à nobis *suprà in hoc capite* relati.

PARS TERTIA.

84 Consequens iam rectè infertur in *hac 3. p.* ad hoc vt necessariò, atque concludenter dicere valeamus: Ergo alienatio cum pleno & omnimodo dominio, directo atque vniuersali de Lusitania Prouincia, atque *del Algarue*, & de earum dignitate, ac iurisdictione inualida semper fuit, atque ipso iure nulla, tanquam facta per liberam donationem, & prorsùs absolutam remissionem feudi, atque homagij, & directi dominij, absque vlla reseruatione supremæ Regiæ potestatis, ac dignitatis, in grauissimum Regiæ Coronæ Hispaniæ præiudicium.

85 Et exinde, quod Reges nostri non tantùm potuerunt sed etiam de necessitate debuerunt ad Regiam suam coronam reuocare, & ad corpus regni sui, vnde fuit obtruncata dicta prouincia, reducere, seu incorporare, ad idque Christi Vicarij, eos nostros Hispaniarum Reges excitare, præmonere, atque etiam adstringere debent, ex *canonica decisione in dict. cap. intellecto de iureiurando.*

86 In nihilo autem perturbatur nostra consequentia, etiamsi de contrario opponatur, quòd alienatio huius Lusitaniæ Prouinciæ atque *del Algarue*, fuit facta in fauorem consanguineorum, & descendentium de prole Regia, & cum priuilegiato dotis titulo secundùm Carolum Ruynum *cons. 31. à num. 1, & cons. vlt. lib. 1.* vbi defendit, validam fuisse donationem factam per Catholicum Regem nostrum Ferdinandum, Dotis nomine de aliquibus Ciuitatibus & Castris in fauorem sororis suæ Dominæ Ioannæ Neapol. in Italia Reginæ, quam donationem per viam legati in suo testamento confirmasse, defendunt idem Carolus Ruynus *cons. 25. lib. 2.* Decius *cons. 289.*

87 Ad id etiam respondetur ex omnibus supradictis ad interpretationem textus *in dicto cap. intellecto,* quod dictæ Ciuitates & Castra à Rege nostro Catholico Ferdinando donata titulo dotis, atque postea legata in fauorem suæ sororis Dominæ Ioannæ Neapolitanæ quando contraxit matrimonium cum Ferdinando el I. Rege Neapolis erat donatio earum, non de quota, seu parte regni, nec de re magna seo feudali, & pretiosa, sed de re particulari absque considerabili diminutione, sine præiudicio iurisdictionis regalis, & sic Carolus Ruynus, & Decius fatentur omnia supradicta iura, & decisionem nostri textus *in dicto cap. intellecto*, & conclusiones ab eo deductas, atque doctrinam Bartoli *in l. prohibere, §. planè*, & defendunt dictam donationem factam à Catholico nostro Rege cum limitationibus à nobis suprà allatis, *in hoc capite,* dum ita dicunt, maximè Philippus Decius *dict. cons. 289. in fin.*

88 *Vltimò, non obstat dictum Bartoli in l. prohibere, §. planè ff. quod vi aut clam cum similibus suprà allegatis, quia in isto casu non agitur de magna diminutione iurisdictionis regalis inspecta qualitate Regis, & Reginæ, quia magnum, vel paruum secundum qualitatem personæ intelligitur; l. sed etsi susceperit, ff. de Iudiciis & ibi glossa verb. modica, & notat Abb. post Innocentium limitando illum textum in dict. cap. intellecto: Idem Abb. in cons. 3. lib. 2. vbi ad propositum bene loquitur, & Ioann. de Annania in cons. 81, notatur in cap. Abbate sanè de re iudicat. in 6. & hoc saltem videtur procedere in isto casu in quo non agitur de abdicando plenum dominium.*

Nec facit quidquam in contrarium fauor dotis, 89
nec fauor consanguineorum, nec descendentium
contra vtilitatem publicam & Regiæ coronæ, at-
que totius regni. Ideo nostra consequentia nulli 90
dubium est, quòd procedat etiam si Princeps alie-
nauerit in fauorem consanguineorum, aut descen-
dentium, quamvis ij essent legitimi, & naturales:
Petra *de potestat. Princ. cap. 17. num. 25.* Mieres *de
maiorat. p. 4. quæst. 1. à num. 217.* vbi est videndus,
qui copiosè, & multis exemplis comprobat & in
num. 210. ita dicit: *Infertur etiam notabiliter, quod 91
à nobilissimo, & antiquissimo Regno Hispaniæ & Ca-
stellæ, cuius pars est Regnum Portugalliæ non potuit di-
uidi, nec segregari per matrimonium, tempore Dom.
Regis Alphonsi VI. qui filiæ dedit in dotem Comita-
tum Portugalliæ, seu Lusitaniæ, nec alio quouis modo,
à Regno Castellæ, nec membrum illud regni potuit à
capite scindi, quod verissimum est, & clarissimè de-
ducitur ab omnibus superioribus, & responsum iuri-
dicum nullatenus dari potest, & exinde subinfertur
quàm iustè, sanctè, & iuridicè Rex noster Philippus,
qui diuina misericordia hodie regnat, in dicto regno
habet possessionem & proprietatem illius regni: facilè
enim res reuertitur ad suam & primordialem natu-
ram l. filio quem ff. de liber. & posth. l. voluntate §.
fin. ff. quibus modis pignus vel Hipotheca soluimus,
§. fin. ff. de pactis, &c. & prosequitur vbi videndus
rogo,* Pater Azor. *tomo 2. institut. moralium lib. 1.
cap. 2.*

Ratio est, quia regnum est indiuiduum, quod 92
diuisionem non recipit etiam inter filios legitimos & naturales, *cap. licet de voto l. 2. tit. 15. part. 2.* vbi etiam Dom. Gregor. Lopez *gloss. 10. in fin.* Menchaca *de successión. creat. & progressu, p. 1. lib. 3. §. 26. num 45. & 46.* vbi inter rationes ad probandum, quòd Rex facere non potest tales donationes in præiudicium regni, vna eorum est ad interpretationem *cap. intellecto de iureiurando*; quia regnum diuidi non potest, & altera mutuata fuit à Panormitano *in dict. cap. intellecto*; quia bona regni non sunt propria Regis, sed ipsius dignitatis, tertia denique ex eo, quòd Rex non habet iura regni in bonis suis; quia iura regnorum sunt publica, & per consequens in nullius bonis *l. 1. §. quadam, ff. de acquirendo rerum dominio, §. 1. institut. de rerum diuisione*, Ideo concludit ad intentum, ita sic:

*Rex non potest facere tales donationes, seu aliena- 93
tiones quas si facere posset, sequeretur vnum absurdum, quod eadem ratione, qua valeret donatio vnius Prouinciæ, valeret etiam omnium ciuitatum, & Prouinciarum, & sic Imperium annullaretur penitùs, quod apertè non potest: Auth. quomod. aut. pact. Episcop. §. fin. colum. 1. vnde vt euitemus istud inconueniens, necessario dicendum est, quod Rex tales alienationes facere non potest.*

Haudquaquam refragatur consequentiæ nostræ 94
si

si de contrario allegaretur, quòd dicta Prouincia Lúsitana possessa fuerit vltra 200. annos cum titulo
95 Regio concesso anno Domini 1169. per summum Pontificem Innocent. II. Et Eugenium III. alij Alexandr. III. provt ex Roderico Archiepiscopo Toletano & Genebrardo refert Dom. D. Ioan. Solorzano *de Indiarum Iure, tomo 2. lib. 3. cap. 1. num.* 84. Rodericus Mendez Sylua: *in tract. de la Poblacion general de España, en la descripcion del Reyno de Portugal, cap.* 1 qui ad supplicationem Ildephonsi I. filius, qui fuit Dom. Theresiæ, & Dom. Henrici Comitis Lotharingiæ & Portugalliæ eiusdem titulum confirmauit, quem de Rege Lusitaniæ ei præstiterunt per acclamationem sui militum Lusitanorum, multò antè, anno Domini 1139. quando Dominus Ildephonsus erat in castris ad prælium, contra illos quinque Reges Mauritanos, quorum dissipatis copiis cum gloriosa superauit victoria in campis & planitiebus de Castroverde, etiam *Cabeças de Reyes* vocatur: Pater Mariana *tom. 1. lib. 10. cap. 17.*

96 Et sic creatus fuit Rex, & Regnum Lusitanum acquisitum duobus ex quatuor titulis, quibus acquiritur Regnum; scilicet, quasi per electionem factam, per omnes illius Prouinciæ eius Vassallos: & per concessionem & confirmationem summi Pontificis Alexand. III. quia quadrupliciter iis titulis valet Rex constitui: & acquirit Regnum; Primò per successionem, secundò per electionem; tertiò per matrimonium contractum cum Regina Domina Regni: quartò & vltimò, per summi Pontificis aut Imperatoris concessionem *l 9. tit. 1. partit. 2.*

97 Diluitur enim hoc omne ex eo quod, neque Vassalli, nec Pontifex potuerunt constituere Regem, nec Regnum illius Prouinciæ Lusitaniæ, & de *el Algarue* alteri concedere in præiudiciũ Regum ac Regni, seu Coronæ Hispaniarum. Vassalli; quia habebant verum Dominum, & Regem, scilicet, Ildephonsum VIII. aliàs VII. Regem atque Imperatorem Hispaniarum: & Vassalli, siue Regnicolæ; nullatenus valent eligere Regem, & Coronam Regiam in alium constituere viuente suo Rege, vel dum non deficit verus successor in Regno: *dict. l.9. tit. 1. part. 1*, incipit: *Verdaderamente es llamado Rey aquel que con derecho gana el Señorio del Reyno o que de se ganar por derecho en estas quatro maneras*, &c. & prosequitur *inferius* ibi: *La segunda es quando lo gana por auenancia de todos los de el Reyno, que lo escojeron por Señor no auiendo pariente que deua heredar el Señorio del Rey finado por derecho*; & ibidem Dom. Gregor. Lupez *verb. No auiendo:* vbi ac etiam allegat Baldum *in l. hec iure, ff. de iust. & iure, colum. 2. & in Concilio Toletano, cap. 17. nullus apud nos sub præsumptione Regnum arripiat, sed defuncto in pace Principe, Primates totius gentis cum Sacerdotibus successorem Regni, Concilio communi constituant*: & in *Concilio Toletano 16. cap. 17. vers. Rege defuncto, l. 2. in prologo del fuero Iuzgo: & ibi*: Villadiego *glossa verb. Elegidos.*

98 Nec summus Pontifex: nam ei non permittitur facere Regem, nisi in terris vbi habet potestatem eum constituendi: *dict. l. 9. vers. la quarta es por otorgamiento del Papa, o del Emperador, quando alguno dellos face Reyes en aquellas tierras, en que han derecho de de lo facer*, tit. 1. partit. 2.

99 Ideò, quia Beatitudo Alex. III. nec vtique Dom. Ildephonsus vllum habebant ius in terris, & Prouincia Lusitania, datis sub feudo, & pertinentibus ad Regiam Hispaniarum Coronam in illius præiudicium non potuit Papa constituere alium Regem in Regno alieno, cuius rescriptum, concessio per Bullam, siue confirmatio intelligi debet, sine præiudicio tertij, & alieno iure quæsito, non tollendo. Nam si facere aliter vellet Romanus Pontifex non posset, nec si posset, vellet: verba sunt, quæ vsurpauit Dom. D. Ioann. de la Rea *tom. 1. decis. 8. num. 45.* ex Lipsio *in sententia 2. ad Belg. in Epistola, Illustrem Præsidem.*

Et probatur; Nam ad id caruit potestate, & 100
voluntate. Non fuit ei Romano Pontifici potestas, cùm sit contra ius naturale, siue gentium, tollere vnius ius, siuè Dominium, & alteri dare, quod Papa, Rex, nec Imperator, siue alius Princeps superior tollere non valet: *l. 2. vers.* otrosi decimos, *tit. 1. part. 2. l. 3. tit. 18. part. 3.* dum dicit: *Contra priuilegio natural no deue dar priuilegio nin carta, Emperador ni Rey nin otro Señor, e si la diere, no deue valer e contra derecho natural seria, si diere por priuilegio las cosas de vn ome, a otro, no auiendo fecho cosa por que las deuiese perder, a quel cuyas eran*, vbi Dom. Greg. Lopez verb. natural seria, *de iure gentium intellige, quæ fuerunt dominio constituta: l ex hoc iure, ff. de Inst. & Iure; & ius gentium dicitur naturale; quia ratione naturali inductum est: l. Adeo, §. cum quis, ff. de acquir. rer. dom. & quia Ius gentium apud omnes generale est, dicitur etiam Ius naturale, l. fin. Cod. si contra Ius vel util. publ.* & § *Ius gentium inst. de iure natur. gent. & ciuil.* &c. & Ant. Gabriel *de Iure quæsito non tollend. conclus. 1. num. 1.* Dom. Molin. *lib. 2. cap. 7. num. 29.* Surd. *cons. 203. à num. 21.* Ceuallos *tom. 4. quæst. 906. à num. 556.* & cum pluribus Dom. D. Ioan. à Castillo *lib. 3. cap. 6. à num. 8.* Aug. Barb. *de clausulis claus. 41. de plenit. potest. n. 24.*

Quod non solùm de Principe sæculari, sed etiam 101
per eandem rationem, de Romano Pontifice, siue Principe Ecclesiæ intelligunt Canonistæ, maximè Ioann. de Imola *in Clementina 1.* vt lite pendente, Felinus *in cap. qua in Ecclesiam, num. 16. & 40. & ibidem*, Philippus Decius *num. 120.* Auton. Nicell. *in tract. de concord. glossarum glossa 120. num. 486.* Ioan. Capristanus *de Papa aut Ecclesiæ potest. part. 2. princip. n 130.* Franchinus Curtius *de feud. part. 2. quæst. 2. n. 2.*

Probatur præthereà, à cessante causa; nam sine 102
causa non potest Pontifex Romanus transferre Regnum vel Imperium de vno in alium, cum causa autem sufficiente bene potest, *cap. alius 15. q. 6. cap. Venerabilem 34. & ibi gloss. verb. transtulit, de elect.* Confirmatur: quia si tollere Ius quæsitum Regibus Hispaniæ, sine causa sufficienti Papa non potuit, & in alium transferre, multò minus tollere valuit ab ipso Regno, seu Regia dignitate & eius persona intellectuali, quæ causam ad id non dedit, nec dare potuit.

Caruit etiam voluntate Romanus Pontifex, 103
quia non præsumitur Principem Ecclesiæ, qui est supra omnes Principes, & qui Iura tuetur, velle tertio præiudicare, & in fauorem alterius transferre, *cap. Recipimus, de priuileg. cap. Cum olim de consuetud. cap. Ex suarum de vsu Palli, cap. Licet, de officio ordin. cap. 2. & ibi gloss. verb. Cuius est Diœcesis de relig. domibus, cap. Cum inferior de maioritat. & obedient. vulg. l. 2. §. merito, & §. si quis a Principe, ff. ne quid in loco publico, l. si quando ibi: Neque enim credendum est Romanum Principem, qui Iura tuetur*, &c. *C. de inoff. testam. l. rescripta, C. de precibus Imperator.*

Imperator. offer. l.fin. C.si contra Ius vel vtilit. publ. Ludouicus Gomez *in regula de non tollend. de Iure quæsito, quæst.2.& quæst.*18. Alex. *conf.*23. *n.*8. *lib.*5. Copiosè Episcopus Salmanticensis Dom. Valenz. Velaz. *conf.*59.*n.*49. & *conf.*128.*à n.*11.& *conf.*150. *num.*133. & *conf.*188.*num.*10. Restaurus Castaldus *in tract. de Imperatore. quæst.*111. Petra *de potest. Princip. cap.*22.*dubio* 3.*à num.*162.Surdo *conf.*203. *à num.*47. *lib.*2. Stephanus Gratianus *cap.*578.*n.*1. *&* 2.*tom.*3. Dom. D.Franciscus Salgado *de Regia protect. part.* 1. *cap.*1. *præludio* 5.*& de retent.* Bullar. *part.*1. *cap.*7. *à num.*28. Barbos. *de Iure Eccles. cap.*2.*de potest. Pontificis num.*114. *&* 115.

104 Denique hoc etiam comprobatur non minùs concludenter argumento nostri textus in *dicto cap. intellecto de iure iurand.* nam si Romanus Pontifex, Iustitiæ cultor, & de bono publico Cotator non permitit, quòd de Regia Corona, & dignitate in eius præiudicium, aliquid de eius iure, aut bonis detrahatur, & iubet id reuocare, & in Coronam Regiam incorporare; ergò id voluisse obseruare Romanum Pontif. credendum est, & non iura sobuertere, nec iuri tertij præiodicare.

105 In terminis autem de inualiditate huius tituli,& Coronatioois, duo ex professo agunt Doctores, scilicet, Pater Ioann. de Caramuel & D. Nicolas Fernandez de Castro; ille tanquam Theologus noo ita concludenter *in tractam super successione Regni de Portugal lib.*2. *art.*1. *cum sequentib.* Hic, scilicet,D. Nicolas Fernandez de Castro tanquam Iurista neruosè cum aliis iuri consentaneis rationibus in suo *tractatu de Portugal* conuencida con la racoo parasen vencida *part.*4. *cap.*2. *sect.*9.

106 Postremò, atque nec defensio aliqua remanet de contrario in præscriptione; quia vltra quam multoties interrupta sit, nulla datur præscriptio contra iura & bona Regiæ Coronæ, quæ sunt in perpetuum inalienabilia, & inpræscriptibilia, etiam tempore immemoriali, quod deducitur ex nostro *textu in dict. cap. intellecto*, quem ad hoc probandum allegat Petrus Barb. *in l. competit.*6. *C. de præscript. triginta vel quadra. annor. num.*13. ibidem: *& hac ratione, prædicta bona dicuntur esse de patrimonio Regis, & ob id alienari non possunt neque separari à dominio Regiæ Coronæ propter magnum Regis præiudicium cap. intellect. de iure. iurand.* Et eleganter comprobat Lucas de Penna *in l. quicumque C. de omn. agro desert. lib.*11.*col.*3. *& seq.* Aflictis *in Rubrica, quæ sint Regalia à n.*66. *& in præludio constitut. quæst.* 24.*num.*4. Rebuff. *tom.*2.*ad leges Gallicas & vt benefic. ante vacat. art.*1. *glos. vltima post medium pagina.* 364. & notabiliter Carolus Molinæus *in Consuet. Parisiens.* §.1. *glos.*5.*num.*45. post Igneum *in l. necessarios* §. *non alias p.*4.*n.*148. *ff. ad Senatus cons.Sillanian.*

107 Ratio est quia ex *dicto cap. intellecto*, dicta bona & iora Regiæ Coronæ; atque ea quæ sunt supremæ Regiæ dignitatis alienari à Regibus, neque ab vllo alio homine possunt, neque possideri.

108 Sed sic est, quod ea quæ suot inalienabilia, & inpræscriptibilia, & ab alio legitimè possideri non valent, nullo tempore, etiam immemoriali, præscribi possunt. Felinus *in cap. accedentes num.*6. *vers. fallit.*3. *vbi lex expresse resistit præscriptioni; quia nulla valet, etiam cuius initij non est memoria, &c.* & idem Felinus *in cap. ex offic. num* 6. *de præscript.* Baldus *in l. omnes, num. fin. C. de præscript. trigint. vel quadrag. ann. vbi* etiam Petrus Barbosa *num.*42. & ad id refert Menchaca, *illustr. quæstion. cap.*79. *num.*7. Dom. D. Ioann. à Castillo *tom.*7. *de tertiis cap.*24. *n.*8.

Ergo dicta Prouincia Lusitania, & eius iura su- 109
premæ dignitatis, cootra Regem & Regnum, seu Regiam Coronam vllo tempore, etiam immemoriali non sunt præscripta.

Prætereà etiam si tempore immemoriali possent 110
præscribi, in hoc casu procedere nec vti valet præscriptio quia immemorialis debe tintelligi illa, de qna non extat memoria viuentium, aut cuius initij non sit memoria. *Vulg. l. hoc iure* 5 §. *ductus aquæ ff. de aqua pluuial. arcenda l.*2.§. *Labeo ff. eod. tit. l. si arbiter* 28. *ff. de probat*: quibus conuenit lex nostra Regia 41. Tauri ibi *que nunca vieron, ni oyéron deçir lo contrario*: Ideo essentia & natura immemorialis consistit in eo quòd non sit memoria initij, alias corruit initio cognito, & maximè si constat de titulo vitioso, nullo aut inualido, probat exáctissimè Alexander *conf.*75. *num.*38. *l.*4. Anton. Gabriel. *lib.*5. *communium opinio. C. de præscriptionibus conclus.*1. *num.*8. Dom. Molina *de primog. lib.*2. *cap.*6. *num.*64. *& ibidem* Additionatores, Pater Molina *de iustitia & iure disputat.*76. *t.*2. Ioann. Garçia *de nobilitate glos.*12. *à num.*68. *& in tractatu de expensis, cap.*9. *num.*29. Velazquez de Auendaño *in l.*41. *Tauri glos.*1. *à n.*16. Stephan. Gratian. *tom.*5. *cap.*918. *à num.*39. Petrus Barbos. *ad Rubricam titulo C. de præscript. à n.*171. *& num.*349. 368. *&* 376. Dom. Præses atque Episcopus Salmanticeosis Valençuela Velazquez, *conf.* 46. *num.*15. *& conf.*93. *num.*48. Carolus de Tapia *decis.*2. *art.*5. *à num.*396. Alex. Ludouisios *decis.* 467. *num.*6. Dom.Perez de Lara *in tractatu de vita hominis cap.*31. *à num.*86. *&* cum aliis quamplurimis Dom. D. Ioann. à Castillo *tomo* 5. *cap.*93. §. 8. *à num.*48. *tomo* 7. *de tertiis cap.*26. *à num.*32. *& à num.*36. Escobar de Puritate sanguinis,*part.*1. *quæst.*2. §. 2. *num.*17. Hieronymus Gonçalez Regula 8. *Cancellaria glos.*18. *num.*48. *&* 49. vbi reddit rationem hanc: *Ratio est; quia cum constet de veritate infecti principij, & sic simus, in claris, cessat præsumptio, quæ ex immemoriali resultat præscriptione, vt tradunt Aimon Craneta conf.*134. *num.*24. *Capua. decis.*304. *num.*2. *& decis.*314. *per totam part.*3. *Crecens. decis.*21. *num.*4. *de probat. Puteus decis.*189. *num.*5. *lib.*1. *& decis.*121. *lib.*3. *& decis.* 486. *lib.*2. *Couarun. in regula possessor* 3. *part.*2. §.3.*num.*7. *de regulis iuris in* 6. *decis. Ven. vbi proxime. Rota decis.*731. *ex num.*28. *part.* 1. *diuers. &c.*

At verò in hoc casu, notoriè constat de verita- 111
te initij, seu principij infecti, atque nulli & vitiosi tituli donationis, & remissionis facti anno Domini 1030. & anno 1269. quia credendum est Cronicia, atque Historicis *suprà* allatis de eo asserentibus *l.*2. §.*Eodem tempore, ff. de origine iuris l.quationibus ff. ad legem Iull. Maiestat. lib.*1. *ff. de offic. prætor. l.*1. *ff. de offic. quæstor. l.*1. *ff. si certum petatur*: vbi Bart. communiter scribentes, Mascardo *de probat. conclus.*287. Ferdioandus Loaçes *in allegat. super oppido de Mula pro Marchione de los Belez, disp.*1. *à num.*27. Ioann. Garcia *de Nobilitate glos.* 18. *num.* 10. Dom.Præs. atque Episcopus Salmant. Valenzuela Velazquez *conf.* 33. *num.*34. Ioano. Gutierrez *practicar. lib.*3. *quæst.*13. *num.*13. *& in tractat. de Gabell. in terminis quæst.*5. *num.*9. Dom. D. Ioann. Castillo *lib.*5. *cap.*89. *num.*200. *& lib.*7. *de tertiis cap.*3. *n.*3.

Tandem indiuidualiter, & inconuincibiliter, 112

idem probat: & resoluit Dom. Nicol. Fernandez, de Castro *in tractatu de* Portugal conuencida con la raçon para ser vencida *part.3. cap.8. sect.2. vers. No ay prescripcion inmemorial donde consta del principio malamente siendo vicioso y de mala fee.* Et inferiùs: *la inmemorial no aprobecha para la adquisicion de aquellas cosas, o derechos que no se pueden tener sin pecado, o sin ofender al derecho natural, y diuino.* Anton. Gabriel. commun. *conc.1. tit. de prescript. lib.5. à n.17.*

113 Ex iis equidem subinfertur, iustissimam fuisse recuperationem, atque dictæ Lusitaniæ Prouinciæ & *de los Algarues* apprehensionem factam ab egregio & glorioso Rege nostro Philippo II. ad hoc vt aggregaretur, & ad vnionem reuerteret Regiæ suæ Coronæ, & Hispaniarum Regno, vnde eradicata & non iustè subducta fuit, & quod id facere debuit negare fas est, attenta *decis. textus nostri in dict. cap. intellecto.*

114 Benè etiam subinfertur, Bellum esse iustissimum aduersus Lusitanos, atque clarissimum in suo genere, atque excellentissimum Ducem de Bergança, eosque omnes, non solùm esse intrusos & malæ fidei detentores, simulque Rebelles, qui minimè possident: Legitimam enim possessionem rei occupatæ nunquam Rex, atque vetus Dominus perdit Bald. *in l. malè agitur num. fin. 8. C. de praescript. 30. vel 40. ann. & in auth. decernimus in principio vers. quaero nunquid C. de sacros. Eccles. per textum in l. qui fundum, ff. quemadm. seruit amittat.*

115 Sed etiam labe periurij infectos, frangentes iuramentum fidelitatis ab iis tanquam vassallis præstitum, in Coronatione sui atque nostri Regis Hispaniarum III. & IV.

116 Ad vestram igitur Beatitudinem (O sanctissime Pater, Culmen dignitatum, Princeps non inter; sed suprà omnes Principes vnicus; Fons siue Sol iustitiæ fugans tenebras omnis iniquitatis, & nequitiæ, prauitatis, atque peccati. *Cap. Constantinus Imperator el 2. cap. tuo sunt 96. dist. corpora de consecrat. dist. 1. cap. solitæ de maiorit. & obedi. cap. venerabilis de praebendis cap. nouit de iudiciis cap. per venerabilem qui filij sunt legit.*) ad vestram inquam pertinet Sanctitatem procedere contra rebelles, & curare, vt exeant à peccato, in quo protetuè resident; tum ratione periurij ennt in Coronatione Regum Hispaniarum, atque Castellæ iuramentum fidelitatis, atque homagium præstiterint, maximè Dux de Bergança, atque Lusitani tam nobiles, quàm alij, iuxtà solemnitatem dispositam in *textu l. 5. tit. 15. part. 2. post principium, & in vers. e desto deuen facer o menaje los mas honrrados del Reyno, &c.* & in *vers. e esto mismo deuen facer los otros:* vbi Dom. Greg. Lopez *verb. si dalgo, cap. vnico in feudu, qualiter iure debeat Vassallus Domino fidelitatem.*

117 Quod iuramentum ter reiteratum fuisse à ducibus de Bergança & à Lusitanis notum est, primum tempore gloriosi nostri Regis Philippi II. die 20. Aprilis anno Domini 1581. in Monasterio de Thomar, vbi primus omnium, qui iurauit fuit Dux de Bergança, qui solemniter hoc iuramentum præstitit, & sequens qui iurauit fuit Dux de Barcellos, Marchio de Villa Real, Comes de Portoalegre, & ceteri, atque proceres suo ordine. Secundum iuramentum præstitum fuit in Coronatione Domini nostri D. Philippi III. & alterum fine tertium iuramentum tempore Domini nostri D. Philippi IV. & in omnibus tribus iuramentis, qui in primis hoc iuramentum fidelitatis præstiterunt, fuerunt prædicti duces, & maximè Dom. Ioann. Dux de Bergança.

Sequitur ergo, quòd absque labe periurij se ipsum, neque alium in Regem cum iuramento, vel fine illo admittere non potuerunt; quia etiam ad legitimum alium Regem vel Imperatorem admittendum vassalli fine pœna periurij non possunt, etiam in casu vbi non sint Rebelles habent necesse Pontificiam absolutionem, prout vidimus in *cap. alius 15. quaest. 6.* dum dicitur quòd Papa Zacharias deposuit, à Regno Francorum Regem Childericum, & Pipinum Caroli Magni Imperatoris patrem, in eius locum substituit, omnesque Francigenas à iuramento fidelitatis, quod illi fecerant absoluit: ergò multò magis erunt periuri, & absolutione Pontificis egent in casu rebellionis. 118

Sed ante quam ab hinc abeam, adnotare liceat, non inutiliter ad textum *in cap. alius 15. quaest. 6.* quòd ideo valida ibi fuit Remissio iuramenti fidelitatis vassallorum, & absolutio facta à Romano Pontifice; quia fuit cum iusta, & rationabili causa: cum qua Vicarius Christi, & sine præiudicio tertij, potest dispensare, & remittere iuramentum, & ab eo absoluere: *Cap. quanto 18. & ibi glos. verbo absolui de iureiurando, cap. auctoritatem & ibi glos. verbo absoluimus 15. quaest. 6.* At verò sine causa & cum præiudicio tertij, seu Regiæ Coronæ prout in casu præsenti, nec valet neque valere potest remissio, & absolutio absque eo quod Lusitani pæniteant, & ad Castellæ Coronam, & suum Hispaniarum Regem obedienter se subiungant: nam Pontificia Potestas non se habet ad dispensandum, remittendum & absoluendum de iuramento fidelitatis sine causa iosta, & in graue præiudicium tertij, scilicet, Regiæ Coronæ, colligitur ex textu in *cap. venerabilem 34. de electione,* Abb. Panorm. *in cap. quanto de iure iurando:* ibi Canonistæ, & in *cap. in Ecclesiarum de constitutionibus Cardinalis in Clement. Romana, §. fin. de iure iurando:* Felinus *in cap. constitutus de rescriptis.* Ioann. à Selua *in tractatu de iure iurando part. 4. num. 23. & 61.* Seraphinus *de priuileg. iuramenti priuilegio 122.* 119

Quod quidem non est alienum à nostro textu, *in dicto cap. intellecto de iureiurando,* si bene ponderetur, dum ibi Summus Pontifex, ex causa iusta, scilicet ex eo quòd secundum iuramentum Regis Hungariæ de non reuocandis alienationibus, seu iuribus Regiæ suæ Coronæ, erat illicitum, & eius obseruantia in graue præiudicium Regiæ Coronæ; ideò remittitur, & ab eius obseruatione liberum esse decidit. 120

Sed iuramentum primum de non alienandis, erat licitum iuri atque rationi consentaneum; proptereà ab eo Regem non absoluit, neque absolutionem Pontifex intendit præstare, nisi recuperatis bonis alienatis, quæ iubet recuperare, & quod ad Regiam suam Coronam redigat, aliàs enim contrà ius naturale, gentium, atque iustitiam esset, id iuramentum remittere, & ab eo absolui in præiudicium suæ Regiæ Coronæ Hungariæ. 121

Ab hinc est quod non obstet si de contrario Lusitani opponerent, non esse periuros per contrauentionem primi iuramenti, neque ad eius obseruantiam esse adstrictos; imò ad obseruantiam vltimi iuramenti fidelitatis præstiti in fauorem Ducis de Bergança, qood putant esse licitum; non vero 122

to aliud primum, licet ter reiteratum in fauorem Regum nostrorum Philippi II. III. & IV. cùm iudicent esse illicitum, & sic ab eius iuramenti absolutione non indigere.

123 Non enim hæc oppositio minùs concludentet conuincitur ex eo, quòd præterquam patet ex supra dictis *in hoc capite*, per genuinam intelligentiam textus *in dicto cap. intellecto de iureiurando*, esse notum & irrefragabile ius, quod Regia Hispaniarum Corona habet, tam in possessione, quàm in proprietate, ad eam Prouinciam Lusitanam recuperandam, & ad hoc vt iuramentum fidelitatis reiteratum in fauorem Regum Hispaniarum sit licitum atque iustissimum: Dicimus non esse Lusitanorum atque ducis; sed vestræ Pontificiæ dignitatis, munus hoc iudicandi; an illud, aut illud iuramentum fidelitatis, sit licitum, aut illicitum? Quia id ad sanctitatem vestram, ô sanctissime, solùm pertinet, ad quam debent recurrere, & à primis iuramentis fidelitatis absolutionem petere, quam denegandam esse non dubitamus absque eo quod obedientiæ Regiæ Hispaniarum Coronæ se subiiciant, hoc enim expressè decisum extat *in cap. venerabilem* 34. *de elect.one*. vbi aliud simile iuramentum fidelitatis præstitum fuit à Duce Caringiæ, & ab aliis Principibus Alemaniæ, & à subditis Regni & Romani Imperij, in fauorem Ducis Philippi indebitè, atque illegitimè, in Regem atque Imperatorem admissi, & cùm idem quod Dux & Lusitaoi Magnates oppositum fuisset, à Duce & Principibus Alemaniæ ita rescriptum, atque inter alia responsum fuit in tribus vltimis paragraphis per Sanctitatem Innocentij III.

Idem etiam contra proprium iuramentum super quo, nec consilium à Sede Apostolica requisiuit ambitionis vitio Regnum sibi vsurpare præsumpsit: Cum super illo iuramento prius Romana Ecclesia consuli debuisset, nec valet ad plenam excusationem ipsius, si iuramentum illud dicatur illicitum, cum nihilominus super eo nos prius consulere debuisset, quam contra ipsum propria temeritate venire: illo præsertim exemplo, quod cum Gabaonita à filijs Israel per fraudem subripuerint iuramentum: ipsi tamen cognita fraude, contra illud venire temerè noluerunt. Vtrum verò dictum iuramentum sit licitum, vel illicitum, & ideò seruandum, aut non seruandum steterit, nemo sana mentis ignorat, ad nostrum iudicium pertinere: insuper si prædictus dux Imperium obtineret, libertas Principum in electione periret, & Imperium obtinendi de extero cæteris fiducia tolleretur, nam si prout olim frater dicti ducis patri eorum, sic Dux ipse fratri suo succederet, videretur Imperium non ex electione, sed ex successione deberi. & in præiudicium Principum redundaret, si non nisi de domo ducis prædicti videretur aliquis ad Imperium assumendus & infrà. Nobilitatem ergo suam monentes per Apostolica scripta mandamus quatenus à præfato Duce recedat omnino, non obstante iuramento. si quod ei ratione Regni fecisti cum eo quantum ad obtinendum Imperium reprobato) iuramentum huiusmodi non debeat obseruari.

124 Numini tandem vestro (ô Pater Sapientiæ in cuius pectoris scrinio iura omnia sunt recondita, *cap. 1. de const. in 6.*) spectat collustrare luce Pontificia luminatam atque Canonicatam Decretalem Antecessoris vestri Honorij III. *in dict. cap. intellecto*, & iora quæ ab eo prælucent, ad hoc vt Hispaniarum Rex noster non desinat ad suam Coronam reducere Lusitaniam Prouinciam ab ea demembratam, & ad hoc vt Dux Bragantiæ, & Lusitani desistant ab occupatione huius rei alienæ, Regnóque suo reddant, & tanquam rem temerè & malè ablatam vero Domino restituant; ita vt à peccato suo & periurio emergant. Et sic debita summissione deprecamur, ne vestra recuset Beatitudo esse assectatorem auctoritatis, exempli, sui iusti ac documenti huius Christi Vicarij, cum id sequi & honorari doceat Papa Nicolaus, *in cap. Authoritatem venerabilium Prædecessorum secuti, & nominatim Beatissimi Papæ & Martini Alexandri quinti, à Petro 15. q. 6.* vt ita ex vestro honore & Honorio honor sit & gloria Deo Domino nostro.



SVMMARIVM

Posterioris Capitis ex Parte octaua de Incompatibilitate in iure Regio Hispano.

1 *Potestas Principis ita libera est, vt sit ad instar sacrilegij de ea disputare; sed nihilominus debet se conformare cum suis legibus, & id posse quod de iure potest, & n. 2. 3. & 4.*

5 *Princeps ob vtilitatem publicam potest derogare, vel mutare dispositionem hominis, prout fecerunt Carolus noster Imperator, & eius mater in* nostra lege septima, *& priuare primogenitum successione vnius ex duobus maioratibus, quorum vnus habeat* dos queutos de Renta, *& num.* 6. 7. 8. 9. 10. *&* 11.

12 *Domina Domina Anna Regina Gallorum neque eius filij seu descendentes possunt succedere in Regno Hispaniæ, cum sit incompatibile cum Regno Gallorum, ratione pacis & vtilitatis publicæ, & n.* 13. 14. 15. 16. 17. *&* 18.

19 *Dominus Petrus Gonzalez Salcedo vtiliter, & magistraliter disputat quæstionem, an Princeps possit derogare, vel mutare voluntatem testatoris, & priuare primogenitum successione vnius ex duobus maioratibus, quorum vnus habeat* dos quentos de Renta, *in terminis nostræ legis,* 7. & tit. 7. lib. 5. Recopilationis: *Et resoluitur pro parte affirmatiua, quando interuenit vtilitas publica, & num.* 20.

ARGVMENTVM.

Ad robur, & maiorem firmitatem Imperator noster Carolus V. *in lib. 7. tit. 7. lib. 5. Recop.* Et ne vllo casu cesset eius obseruantia, ita dicit: *Loqual mandamos, que todo se haga, cumpla, y execute assi, sin embargo de qualesquier clausulas, condiciones, y llamamientos, que en los dichos mayorazgos se contengan: y sin embargo, de qualesquier leyes, y derechos, que en su saber de los hyos mayores pueda hauer; y ellos puedan pretender: porque en quanto al efecto desto, de nuestro propio motu, y poderio Real absoluto, lo Reuocamos, y damos por ninguno, y de ningun valor, ni efecto, quedando en su fuerça, y vigor en quanto a todo lo demas.* Vnde insurgit illa grauissima quæstio: an Princeps valeat mutare

tare successionem maioratus in præiudicium primogeniti vel aliorum, qui sint vocati per institutores? Et denique aliqua aguntur de Regnorum incompatibilitate, ac eorum vnionis prohibitione ex causa publica, ad rationem decidendi *in lib.12. tit.7. lib.5. Recopil.* per quam prohibitum est in capitulis matrimonialibus ne Serenissima Hispaniarum Infans, Gallorum Regina Domina Anna, vel eius descendentes in perpetuum, succedere possint in hoc Hispaniarum Regno, ob causas ad vtilitatem publicam spectantes, quæ ibi referuntur.

1 QVAMVIS esse instar sacrilegij disputare de potestate Principis dixerit text. *in lib.2. ff. de crimine sacrilegij.* Bald. *in preludio feudorum, num* 3. nihil tamen diminuitur de authoritate, & magnitudine eius, dum asseritur, hanc potestatem debere esse æquitati naturali & rationi consentaneam. D. Molina, *lib.1. cap.8. numer.* 31. imò, augetur, cùm id Principem Christianum deceat, facere quod iustum, vel licitum sit de iure: quia id tantùm possumus, quod de iure possumus: *l. nepos Proculo* 125. *ff. de verbor. significat. l. filius vltim. ff. de condit. inst. cap. faciat homo,* 22. *quæst.* 2. Vnde Plinius ad Traianum ita dixit: *Vt enim facultatis est posse quantum velis, sic magnitudinis, velle quantum possis.* Nec refert quod Princeps possit facere de plenitudine potestatis absolutæ id quod sibi placet: Quia vulgò respondetur, id magis dici de plenitudine tempestatis, quàm potestatis: Dom. D. Ioan. Baptista de la Rea, *tom.1. decis.8. num.45.*

2 Ideò ad quæstionem deueniendo, vtrùm Princeps possit vocationes factas ab institutore in suo maioratu mutare, in præiudicium eorum, quibus per eas ius erat iam quæsitum? Et videbatur dicendum, quòd Princeps non valeat eas mutare, neque institutorum dispositiones, & testamenta subuertere, aut derogare: *l si testamentum,* vbi communiter scribentes, *Cod. de testament. l. rescripta, Cod. de precib. Imperatori offerendis: l. si Donationem, Cod. de reuocand. donat. l. causas, Cod. de transact. l. in ciuile, Cod. de rei vindicatione.*

3 Ratio est, quia dispositiones hominum per testamenta, & vltima elogia, sunt de iure Gentium: nam ex quo Gentes esse cœperunt, de bonis suis ad libitum disposuerunt: Vti probant per *leg. Non enim, §. deportati, ff. de militari testam. l. miles, Cod. eodem tit.* & alia iura, Anton. Gomez. *in l.3. Tauri, num.* 1. & Spino *de testament. in 3. part. gloss. Rubric. num.* 10. Vnde infert, quod cùm hæc libera testandi facultas iure gentium competat hominibus, non poterit Principis rescripto tolli: dominium enim rerum nostrarum ad nos cùm pertineat de iure Gentium, non potest Princeps citra magnam, & vrgentem causam auferre nobis: *l. item si verberatum, §.1. ff. de rei vindicatione,* Doctor. *in l. fin Cod. si contra ius, vel vtilitatem publicam.* Hoc namque ius Gentium, est de iure secundario naturali: *l. ex hoc iure, de inst. & iure, §. ius autem Gentium, Inst. de iure natur.* Et sic quod de iure naturali secundario introductum est, per Principem tolli non potest, nec ei derogari: *§ sed naturalia, Instit. de iur. natur.*

Præterea id etiam infert, ita dicens: *Vnde cùm, vt suprà disseruimus, hæc testandi libera potestas, & disponendi de rebus proprijs, iure gentium fuerit introducta, non poterit Princeps ea, quæ semel à testatore constituta sunt, dum iuris solemnia obtineant, mutare, nec alterare, etiam in maioratibus facultate Regia constitutis, neque clausulas in testamento ab institutore positas mutare,* &c. & comprobatur ex authoritate multorum, maximè Philippi Decij *consil.357. num.5.* Raphaëlis Fulgosij *consil.61. n.4.* Crauetæ, *consil.241. num.12. volum.1. & cons.542. num.55. volum.* 4. Ægydij Bostij *in tit. de Principe, num.187.* Hippolyti Riminaldi *consil.438. num.15. volum.4.* Couar. *lib.3. variar. cap.6. n.8.* Sarmienti *lib.1. selectar. cap.8. num.11.* Menchac. *de success. creat. lib.1. §.1. à num.29. & lib.1. controuers. cap.5. num.* 21. Burgos. de Paz *in proœmio legum Tauri, à num.327.* Patr. Molinæ *de iust. & iur. disp.174. à num.27.* Monetæ *de comm. vltim. volunt. cap.9. à num.555.* August. Barbosæ *de clausul. vsu frequent. clausul. 41. num.* 24. Dom. D. Ioan. Baptista de la Rea *tom.1. disput.8. num.74. & 75.* cum aliis quamplurimis quos ipsi allegant. 4

Sed quamuis hoc verissimum sit in iure, quod 5
Princeps non possit tollere, nec variare, aut mutare ius vocatis quæsitum: quia licet respectu nondum natorum sit ius, & dominium quærendum; tamen respectu institutoris, seu fundatoris maioratus, ex propria ipsius dispositione, ac voluntate, dicitur ius quæsitum, ideo agitur de tollendo iure quæsito: prout aduertunt Additionator. ad Dom. Molinam *lib.1. cap. 8. super num.* 28. *vers. & cum Authore.*

Attamen nihilominus omne istud limitandum 6
venit, in casu *nostra legis* 7. & in omnibus aliis, in quibus faciat Princeps illam successionis maioratus mutationem, etiam in præiudicium vocatorum propter bonum publicum, seu causam publicam Regno, seu Regi, vel vassallis vtilem: vt fatentur ferè omnes de contrario *suprà* relati, maximè Spino *dict. 3. part. Glossa Rubric. num. fin.* Vbi postquam dixit, quod Princeps non potest mutare, nec alterare, quæ semel à testatore constituta sunt, nec clausulas ab institutore positas etiam in maioratibus facultate Regia constitutis; ita prosequitur: *Nisi adsit causa legitima, & vrgentissima ipsi Reipublicæ conueniens, & necessaria: vt tenet Decius in l. vltim. Cod. si contra ius vel vtilitatem publicam: Abbas, in cap. quæ in Ecclesiarum, de Constitutionibus.*

Et est communis opinio, prout ex quampluri- 7
morum exercitu, qui eam tenent, ac probant, videre est, maximè ex Anton. Gabr. *lib.8. tit. de iur. quæsito non tollend. conclus.2.* Peraita *in l.5. §. qui fideicommissum, num.147. ff. de leg.2.* Anton. Gomez *in l. 40. Tauri, num.8.* Dom. D. Couar. *var. lib.3. cap.6. num.6. & 8.* Dom. Molina *lib.1. cap.28. à num. 28. cum sequentibus & lib.4. cap. 13. num.10.* Mencsio de Padilla *in Authent. rei, quæ num.16. Cod. commun. de legatis.* Dom. Gregor. Lopez *in l.3. tit.13. part.6. gloss. Magna quæst. fin.* Burgos. de Paz *in proœmio legum Tauri, num. 327. & consil.9. num.29.* Pinello *in rubrica, de rescind. vendit. p.1. cap.2. n.18.* Sarmiento *lib.1. selectar. cap.8. num.13. cum sequentibus,* Menchaca *controuers. illustr. cap.5. num.12.* Cardinalis Tuscho *practic. conclus. tom.2. lit. P. conclus.668. & conclus.680. num.65.* Crauetta *consil. 463. num. 7. & 8. lib. 3.* Mascardo *de probat. tom.3 conclus.1228.* Guidon. Papa *decis.556.* Mexia

in

in leg. Toleti, part. 2. fundam. 17. Auarado *de coniect. ment. defuncti, lib. 2. cap. 4. num.* 66. Mcnoch. *consil.* 103. *n.* 68. *lib.* 1. *& de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 6. *num.* 48. Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib.* 1. *solut.* 13. *per tot. & dub.* 4. *solut.* 3. *num.* 18. Matheacio *de fideicomm. lib.* 3. *cap.* 12. Fachineo *lib.* 8. *controuers. cap.* 63. Ceuallos *quæst.* 2. *num.* 58. Petro Barbosa *de præscript. in Rubrica, num.* 33. *&* 95. Andrea Gail. *lib.* 2. *obseruat.* 56. *num.* 58. Patre Molina *de iust. & iur. tom.* 3. *quæst.* 11. *num.* 36. *&* 46. Patre Thoma Sanchez *de Matrimonio, lib.* 8. *disp.* 53. *n.* 3. Ioan. Ant. Bellon. *cons.* 66. *per totum,* Aut. Thesaur. *decis. Pedemontana* 87 Ioan. Petr. Suido *cons.* 203. *n.* 25. Azeuedo *in l.* 4. *n.* 5. *tit.* 7. *lib.* 5. *recop.* Ioan. Garcia *de Nobilitate, gloss.* 11. *n.* 80. Flores Diaz de Mena *in addit. ad Gamam decis.* 279. Bobadilla *in sua Politica, lib.* 5. *cap.* 5. *à num.* 11. Ioan. Petr. Moneta *de commutat. vltim. volunt. cap.* 5. *quæst.* 2. *per totam, & de derogat. fideicomm & maiorat. c.* 9. *quæst.* 5. maximè *à num.* 559. Anton. Petra, *de potest. Principis, cap.* 32. Vincentio Fusar. *de fideicomm. substit. quæst.* 623. *n.* 7. Addit. ad Molin. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 28.

Et probant hanc limitationem, per textum *in l. legatum, ff. de administrat. rer. ad ciuit. pertin. l. Lucius, ff. de euiction. l. quod semel, de rescript. ab ordin. faciend. l. item si verberatum, § 1. ff. de rei vindicat. Clement. contingit, de Religios. domib. l.* 31. *tit.* 18 *p.* 3. *l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recopilat.*

8 Atque in terminis, quòd causæ *in nostra l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopil.* expressæ sufficiant ad hoc vt Princeps Imperator noster possit priuare primogenitum successione vnius ex duobus maioratibus excedentibus *dos quentos de Renta*, & in alio succedat filius secundus, tenent indiuidualiter, Dom Molina, *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 28. Matienzo *in eadem l.* 7. *gloss.* 5. *& gloss.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *recop.* D Dom. Ioan. à Castillo, *lib.* 3. *c.* 28. *n.* 6. Dom Petr. Gonzal. de Salcedo *in sua Politica, lib.* 2. *c.* 14 *ex n.* 30. *& à num.* 76. *vsque ad* 80.

9 Exinde Dom Petrus Gonzalez de Salcedo *in d. lib.* 2 *cap.* 14 *ex num.* 81. descendit ad rationes decidendi *in leg.* 12 *tit.* 7. *lib.* 5. *recopilat.* in qua statuitur, quod serenissima Infans Hispaniarum, Gallorum Regina, Domina Anna, vel eius descendentes in perpetuum in Regno Hispaniarum succedere non valeant: & quia aliqua de Regnorum incompatibilitate, & prohibitione vnionis eorum ob causam publicam adducit, ad literam refero ita sic:

10 *Potuit enim vtilitatis publicæ causâ hæc lex sustineri, & ne Regna confundantur; vt ipsa lex,* ait ibi: *Y por lo que importa a el Estado publico, y conseruacion de ellas, que siendo tan grandes, no se junten.*

11 *Sed quamuis plura possemus dicere de præiudicio proueniente Hispaniis ex vnione illorum cum Gallicano Regno, subiectione imperij sui, nominisque amissione, ex historiarum serie, sicque Ægyptiacæ dominationis tempore, Nabuchodonosor, qui & nomen Necao Regis Ægypti subuertit, gloriámque Tyri, deuicto Iobalo illorum Rege, & si post decennalem illius ciuitatis obsidionem, expeditionem, & inclytam defensionem, de quo fine Assyriorum, & Medorum Niniuarum oblita memoria, Babyloniorum exhausta fortitudine, Euphrate subiugato à Dario, & Cyro Babyloniæ magnitudine, & pompa sua translata, deuicto Alexandro in Oriente, cuius elatio, ac imperium ab ipsius seruis scinditur, Macedonum imperium finitur, Græcorum Reip. destructio, subiugatio Vrbis Romanæ, magnitudinis finis, & obliuio.*

12 Iustè ergo ne Hispanorum antiquitas, & gloria à Gothorum antiquitate deducta, sicut supradictæ Reipublicæ, nec memoria pereat, nec obliuioni detur subiecta Gallis, abdicauit D D. Anna Austriaca Hispaniarum Infans & Galliarum Regina ius succedendi: quod potuit etiam pacto constitui in præiudicium filiorum eius, spem habentibus ad successionem Hispaniarum.

13 Primò, ratione qualitatis seruandæ in matrimonialibus tabulis: Quia sicut Reges nostri ratione legis Salicæ succedere non valent in Galliarum Regno, quia fœminæ à successione illius Regni excluduntur; ita etiam potuit constitui, quod nec Gallorum Reges in Regno Hispaniarum succedere possint, correctâ pro illa vice, ac mutatâ dispositione successionis: vt dixit Petrus Gregor. *lib* 7. *de Republ. cap* 11. *num.* 22.

14 Et quamuis repugnet Petrus Gregor Tolosan. *dict. loco*, inquiens, quod Alfonsus Hispaniarum Rex non potuit derogare legibus Regni in tabulis matrimonialibus pro nepotibus compositis, conferens Regni successionem Sancho filio minori in præiudicium filiorum Ferdinandi maioris:

15 Adhuc tamen in nostro casu potuit Hispaniarum Rex derogare iuri in spe competenti Reginæ Galliarum ad successionem Regni: Peregrinus *de fideicomm. art.* 52. *num.* 113. *vers. Sed contra:* Cardin. Tuschus *practic. conf.* 680. *littera P. num.* 7. *&* 28. Innoc. & Doctor. *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitutionib.* Bart. *cons.* 171. *num.* 1. Bald. *in l. Rescripta, Cod. de precibus Imperat. offeren.* Restaurat. Castr. *tract. de Imperio, quæst.* 998. Bursat. *cons.* 138. *num.* 52. *vol.* 2. Mandellus Albensis *cons.* 411. *n.* 44. *volum.* 1. Surdus *cons.* 210. *n.* 64. *&* 65. Matienzo *in l.* 6. *gloss.* 1. *num.* 28. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopilat.* & *in l.* 11. *tit.* 7. *gloss. fin. num.* 7. & *in dialog. Relatorum, part.* 4. *cap.* 12. *num.* 2. Dom. Castillo *lib.* 3. *cap.* 28. *n.* 19. *& tom.* 5. *cap.* 85. *n.* 178.

16 Et etiam potuerunt Reges Galliarum Ius competens Reginæ Dominæ Annæ, remittere ratione boni publici prouenientis ex matrimonio inter Principes illos inito: *l.* 1. *ff. soluto matrimonio: l. cum quis, Cod. de natural. liberis: l.* 1. *§ generaliter, ff. de ventre in possessionem mittendo l* 1. *§ quamuis, ff de ventre inspiciendo:* Cornelius Tacitus *lib.* 2. *Annalium,* Molin. *lib.* 1. *de primogenitis, cap.* 8. *n.* 34. Padilla *in l. vnum ex familia, § si de falcidia, num.* 20. *de leg.* 2.


17 Cum ex matrimonij causâ, Ius alioquin irremissibile, alienari valeat: Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, limitatione* 2. *ad legem Regiam n.* 11. Couarru. *lib.* 3. *variar. cap.* 6. *n.* 10. Gregor. Lopez, *in l.* 10. *tit.* 26. *part.* 4. *gloss.* 1. *q.* 4. Molina *lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 25. Mieres *de Maioratib.* 4. *part. quæst.* 1. *limitatione* 3.

18 Præcipuè illa interueniente causa *ad legem* 12. notata, ibi: *De asegurar mas la paz publica de la Christiandad:* de cuius bono publico Bald. *de pace Constant verb. Hæc sunt nomina: n.* 3. Lucas de Penna *in l.* 1. *Cod. de Irenarchis, lib.* 10. Cuius causâ, nihil renunciari, vel amitti, vel relinqui potest. Adam Cont. Zen. *lib.* 9. *Politicæ, cap.* 44. præcipuè si ignominiam non affert, Petrus Gregor. *lib.* 11. *de Republic cap.* 13. Imò gloriam, & honorem; veluti ex matrimoniis Catholici Regis Philippi Quarti Hispaniarum cum Catholicissima Elisabetha Gallorum Regis Christianissimi Henrici Quarti filia: & Christianissimi Regis Gallorum Ludouici XIII. cum Domina Anna filia Catholici Regis Phi-

lippi III, quorum matrimooiorum cauſa, & pro bouo paeis potuit tenuneiati ius competens Reginæ, & deſcendentibus ad ſueceſſionem Regnorum: Cùm etiam ius in re, & per contractum, vel cauſa remunerationis ſeruitiorum quæſitum derogari poſſit: Vt in paee Catholici Regis Ferdinandi cum Anguebinis, patet apud Marianam *in Historia Hiſpania, lib.29. cap.4.* de quo Doctor. *in l.Gallus, §. & quid ſi tantum, ff.de liber. & poſthum.* Felinus *in cap. inter quos, de maiorit. & obedient.* Afflict. *deciſ. Neapolitana* 361. *num.5. & 6.* Abbas *in cap. niſi eſſent, num. 5. de prabendis*, Zabatella *conſil.*85. *num.3.* Craueta, *conſil.*264. *in fin. n.*10. latè Cardinalis Tuſchus, *littera P. conſil.* 173. Petrus Gregor. *lib. 7. de Republica, cap.* 20. *n.*45. & ratione vitandæ vnionis Regnorum: Barboſa *in Politica, fol.*258. *&* 259.

19 Aduertit tamen Salzedo *in d. lib. 2. cap.14. n.42. de lege Politica*, quod Conſiliarij ſupremi Conſilij de Camata, ante expeditionem faeultatum ad mutationem ſueceſſionum, maioratus diligenter cauſas diſcutere tenentur: *& in n.43.* quod poſt expeditionem illarum facultatum non debet admitti quæſtio de poteſtate Principis, ac viribus facultatis: ex Paulo Pariſio *conſil.* 118. *num.15. lib.1.* quem refert ad literam *ibid.*

Cætera denique ad intentum videri poſſunt 20
apud ſupra relatos DD. & maximè Saleedo *in d. ſua Politica, lib.2. cap. 14.* & in Additionatoribus ad Dom. Molioam *lib.1. cap. 8. & ſuper num.* 28. *vſque ad* 32. Quibus finitur non ſolùm Caput hoc, ſed etiam noſtrum inſtitutum de Maioratuum, & Regnorum incompatibilitate, ad omnes ſcientias: depreeor Dominum Deum noſtrum, & Sanctum meum intereeſſorem Hermenegildum, & Seraphicum Franciſeum, vt hoc Opus eedat in maximam Reipublicæ vtilitatem, in gloriam & ſplendorem Religionis noſtræ, & ad perpetuam laudem Dei Virginiſque Mariæ, Chriſti Domini noſtri genitrieis, abſque maeula originali conceptæ.



INDEX



INDEX RERVM HVIVS APPENDICIS.

vnius

Index Rerum huius Appendicis.



FINIS.